



SYMBOLVM

FIDEI IVDÆORVM

È R. M O S E A E G Y P T I O.

PRÆCATIONES EORVMDEM
pro defunctis, è lib. Mahzor.

*Alia, in quibus commemorationem suorum Dinorum faciunt.
Alia pro his, qui despondentur & coniugantur,
è Breniatio Hebræorum.*

SEXCENTA TREDECIM
Legis præcepta, è More Nebuchim.

INTERPRETE G. GENEBRARDO
Theologo Parisiensi.



PARISIIS,

Apud Martinum Iuuenem, via S. Ioannis Lateranensis, ad insigne Serpentis.

M. D. LXIX.



D. IACOBO AMIOTO
MAGNO REGIS ELEEMOSY-
nario, & D. Cornelij Cœnobiar-
chæ G. Genebrardus Theologus
Parisiensis s. D.

IN VERTENDIS *antiquæ*
sionis lapidibus, rutisque cæ-
sis, Amiote literatorum prin-
ceps clarissime, multa reperi-
re soleo, quæ non solum veterum patrû fi-
dem in memoriam reuocant, sed etiam re-
centis ecclesiæ qualemcunque picturam in
illius populo, etiam num hodie, superesse
ostendunt. Quemadmodum autem in ma-
gnis superbarum ædium ruinis marmor, ac
aliquid simile sæpe effoditur, quod nos ve-
teris præstantiæ commonet & insuper ad

recentium structurarum decus atque ornamentum facit, aut quemadmodum ex animalium vilissimorum stercorebus saepe leguntur gemmae, quae in aureorum annulorum palas immissa splendorem oculis iucundissimum afferunt: sic quod ex corruptae Synagoga reliquiis eruitur Patriarcharum incorruptam religionem adhuc spirans, mihi videtur Ecclesiam & exornare & ad primam suam lucem deducere. Quid commoditatis alij inde percipiant, ariolari non possum. Ego certe ad me inde sentio uberem fructum manare, siue ut antiquitatis ultima plenior cognitionem teneam, siue, ut recentiorum temporum seriem, id est, originem & progressum obseruem, & suauem voluptatem redundare, quod in ipsorum sensibus, ritibus, mysteriis, cultu, doctrina, tanquam in speculis, expressam meam fidem intropiciam, ac eam ab ultimis quibusque temporibus perpetuato seculorum ordine repe-

repetam, ne mihi temere pro cuiusvis arbitratu conficta excogitataque appareat. Quod utinam possem tam facile indicare in vulgus, emissis in omnium manus, qui ad id argumētum pertinent, Hebræorum libris, quàm celeriter unum aut alterum exemplar proferre, indèq; probare multa putari recentia & à nostris hominibus inuenta, quæ tamen aliunde ac longè altius habeant principium. Sed hæc fuit temporum calamitas, hæc perturbati regni miseria, ut, rebus propter clades intestinas in ancipiti positis, exhaustisque in sumptum aliorum negotiorum marsupiiis, neq; boni libri, presertimque Hebræici, ubiuis prælocudi, neque animi Piorum, qui in ipsis aliquid vident, ad illos interpretãdos adhuc adiici quiuerint. Intereà autem, quò aliquos ad id officij Reipublicæ Christianæ præstãdũ reuocemus, quò aliquos ad hæc literarum studia, rei utilitate & iucunditate

ditate proposita excitemus, exiguum quod-
dam prægustamentum hoc loco apponere in-
stitui, ꝑ nec librarios magnis sumptibus
grauet, nec lectoribus ciuiliu motum per-
tæsis & aliò non facile mentem conuertent-
tibus, operis prolixitate, fastidium procreet.
In eo contemplabuntur præcipuos fidei ar-
ticulos Iudæis nobiscum esse communes,
Messia aduentum, per quem ad nos omnium
bonorum ilias adueheretur, qui & cardo
semper extaret omnis diuinæ religionis,
fuisse numeratum in ipsorum symbolo, sp̃e
sempiternæ beatitudinis populo Domini
semper fuisse pro salutis capite propositum.
Perspicient in solennibus ipsorum sacris
usurpari, quæ à Munstero & consimilis
metalli hominibus, ut eneruent librorum de
Machabeorum gestis veritatē, ut receptam
Ecclesiæ de orando pro mortuis consuetu-
dinē infirment, malignè asseuerantur nun-
quam in hunc usq; diem fuisse apud ipsos
usita-

Munst. in
scholiis ad
cap. 19. lib.
3. Iosephi
Hebraici.

usitata. Considerabunt in publicis preci-
 bus Diuorum cōmemorationem fieri, com-
 pluraque alia, quæ à priscis sæculis, conti-
 nuata quadam doctrinæ successione, Iu-
 daorum animis inhesisse non dubitabit is,
 qui ipsos reminiscetur semper retinentissi-
 mos extitisse auitarum traditionum. Id
 verò quicquid est, vir sapiētissime, tuo in-
 ter bonos & doctos præclaro nomini dica-
 re volui, quòd etsi, mea etiam existimatio-
 ne, exiguum sit, huiusmodi tamen studiis
 delectari te sciam, soleasq; per humanè su-
 scipere, quæ tuæ magnitudini in quouis li-
 terarum genere offeruntur, quarum te esse
 cultorem præcipuum & patronum singu-
 larè omnes tum gaudemus, tum singulari
 Dei beneficio ducimus. De mote igitur
 tuo, placide vigiliolam nostram
 Accipito, ac animū pictura pasce vetusta.



ORATIO IVDÆORVM,
*quam Deo proponunt diebus solennio-
ribus in memoriam suæ fidei sequenti
Symbolo comprehensa è pag. 66. Bre-
uiarij Hispanici. Interprete G. Gene-
brardo theologo Parisiensi.*



DEVS REX, qui insides solio
miserationum, qui te geris
misericorditer, qui parcis
iniquitatibus populi tui, pri-
mam primum remittens, multiplicās
indulgentiam peccatoribus & propi-
tiationem præuaricantibus, faciens
iustitiam cum vniuersa carne & spiri-
tu, ne iuxta improbitatem ipsorum il-
lis retribuas. Deus (qui) docuisti nos
dicere tredecim (articulos fidei) re-
corda-

cordare nobis hodie foederis tredecim(proprietatum tuarum) quemadmodum patefecisti mansueto (Mosi) iam olim verbis sic in lege tua conceptis. Cùm descendisset Dominus per Exod. 34. nubem stetit Moses cum eo inuocans nomen Domini. Quo transeunte coram eo ait 1. Domine Domine, 2. Fortis, 3. Misericors, 4. & Clemēs, 5 Patiens, & 6. Multus miseratione ac 7. Verax, 8. Qui custodis misericordiam in milia, 9. Qui aufers iniquitatem, Et 10. Scelera, atque 11. Peccata. 12. Qui mundando non mūdā. 13. Qui reddis iniquitatem Patrū .i. qui non nisi, panis aliquatenus sumptis, innocentes & mundos efficiis Filiis ac nepotibus super tertiam & quartam progeniem.

Canticū siue carmen in Symbolū fidei tredecim radicibus siue articulis constans, è pa. 101. Breuiarij Heb. Hisp.

I Ma-

SYMBOLVM FIDEI

1 Magnificetur Deus viuus, collaudeturque ens, cuius subsistentiæ nullum tempus extitit.

2 Vnus & adedò singularis, vt nihil sit æquè singulare, absconditus, nec finis ipsius vnitati.

3 Non habet speciem corporeã, neque corpus est, † neq; ei comparabimus sanctitatem ipsius.

*In Hebr. lu
bens legerè
to pro h.
Neque cor-
pus est in ve-
rum natura
cui compa-
remus san-
ctitatē eius.*
4 Primæus est, anteceditque omnē rem à se procreatã. Primus est & principium ipsius caret principio.

5 En ipse Dominus est vniuersi, ac quicquid conditum est, declarat magnitudinem eius atque imperium.

6 Influxum muneris prophetici tradidit hominibus peculijs sui, & pulchritudinis suæ.

7 Non surrexit in Israele adhuc propheta æqualis Mosis, qui spectauit speciem ipsius.

8 Legem veritatis dedit populo suo,
per manus prophetæ sui, qui fidelis Heb. 42
fuit in domo sua.

9 Non variabit Deus neque commu-
tabit vnquã legem suam cum altera.

10 Speculatur, nouitq; arcana nostra,
intuens in primo rerum exortu, ipsa-
rum fines.

11 Præmium tribuit pio homini iux-
ta opera ipsius. Malum irrogat impio
secundum impietatem ipsius.

12 Mittet ad extremum dierum Mes-
siam nostrum, vt redimat eos, qui ex-
pectât finem salutis, quã ipse afferet.

*Messias siue
Christus.*

13 Mortuos viuificabit pro multitu-
dine benignitatis suæ. Benedictum in
omnem æternitatẽ nomen ipsius lau-
dabile. Amen.

*Ecphrasis superioris Symboli auctore
R. Mose Ægyptio Maiemonis filio.*

Ob-

SYMBOLVM FIDEI

i Obseruato legis nostræ siue radices siue fundamenta esse tredecim, quorum primū iubet credere summū opificem esse ens perfectæ absolutæque essentiæ. Itemque causam, cur reliquæ res existant, ac habeant firmitatem subsistentiæ suæ, vndéque vires & facultates constantiæ vniuersi entium ordines trahant. Itaq; si in animū inducamus remotionem essentiæ eius, profecto vniuersorū entium subsistentia cessabit, cū tamen sublatis per animi cogitationē rebus cæteris, non propterea ipsius cohærentia cesset aut desinat. Nomen quippe obtinet *αὐτάρκους*, per seq; sufficientis, qui in sese non egeat alterius consistētia, & quo cætera omnia, siue intelligentiæ, siue corpora cælestia, siue quicquid intra ea includitur, ad sui cohærentiam indigeant. Atque is est primus

*Mentes se-
parate.*

mus

mus articulus ad quem spectatum est,
voce, Ego Dominus Deus tuus.

Exod. 20.

Articulus secundus est de Dei ter,
quaterq; beādi vnitate. Eo intelligi-
tur Causam omniū rerū esse Vnū ali-
quid, nec verò vnum instar eius quod
dicitur specie vniuersali vnū, aut etiā
vnum specie singulari siue indiuidua.
Item non est vnum, prout vnum mix-
tum compositūmve, quod dispertitur
in vnitates plurimas, sed nec veluti
corpus simplex, quod vnum quidem
extat numero, sed tamē recipit inten-
tionē & remissionem, admittitq; di-
uisionem in infinitum. Verum enim-
verò Deus Opt. Max. Vnus est abso-
luta vnitate, cui nulla omninò con-
similis existit. Ac hic quidē est articu-
lus secundus, qui indicatur locutione,
Audi Israel Dominus Deus tuus De⁹
Vnus est.

*Deus vnus
contra com-
parationē.*

Dent. 5.

SYMBOLVM FIDEI

Articulus tertius est de remouenda ab ipso cōditione qualitativē corporea. Nam iste vnus, cuius meminimus, neque existit corpus, neque est vis in corpore, neq; comprehenditur ab his, qui percipiūt corpora, eorumque accidentia & affectiones, quales sunt motus, status, non modò in substantia, sed nec per accidens. Et ideo Sapientes, quos felix faustumque sit nominasse, ab eo remouerunt omne genus compositionis & diuisionis siue separationis, ac dictum reliquerūt in summo deo neque esse statum, neque sessionem, neque redundantiam, & quasi recrementum, neque densationem siue conflationem. Recrementum appellarunt separationem, Den-
 sationem deduxerūt à vocabulo, quo
 vtitur Esaias, *Veaphu*, & cōfertim in-
 uolabunt in humerum Palestinorum,
 q. d

q. d. propellēt eos per humerum in-
 hærescendo imminendóque ipforum
 tergis, de significatione coniunctio-
 nis atque appositionis. Dixit autem ^{Es. 40.}
 Propheta, Cuiñā assimilabitis me &
 æquabor? Atqui si esset corpus simili-
 tudinem haberet aliquā cum reliquis
 corporibus. In his autem omnibus, in
 quibus scriptura comparat eum simi-
 libus corporeis, veluti dum ei attri-
 buit motum, statū, sessionē, locutio-
 nē, id fit forma dicēdi metaphorica,
 quemadmodum prodiderunt docto-
 res nostri, quorum meminisse fortu-
 natum felixque sit. Loquitur, inquiūt,
 scriptura more humano per quādam
 ἀνθρώπων ἄθροισμα, de qua re homines mul-
 ta iam philosophati sunt. Hoc autem
 est tertium caput, ad quod respexit
 Deus in Deuteronomio, Nō vidistis ^{Deut. 4.}
 vllam similitudinem. Nam quemad-
 modū

SYMBOLVM FIDEI

modum diximus Deus neque corpus est, neque vis in corpore.

Caput quartum dicitur necessario esse credendum Hunc Vnū esse primum simpliciter, cætera verò alia non esse primæua, si ei conferantur. Demonstrationes, quæ id efficiant, multas hoc in volumine attulimus. Atq; hic quidem quartus existit articulus, ad quem accedit oraculum Deuteronomij, Habitaculum Deus antiquitatis, & infernè brachia sempiterna.

Deut. 33.

Caput quintū, quòd oporteat Deum Opt. Max. colere, extolleréque ac exaltare vocem, ad celsitudinē & venerationem eius declarandam. Nec verò ita se gerédum erga alios, veluti Angelos, orbis cælestes, stellas, elementa & reliqua, quæ ex iis cōflantur

flantur, quippe quæ omnia finita sint & coactam siue necessariam habeant actionē, ac existant absque potestate & appetitu, nisi quatenus Deus vult. Prætereà non interponendi sunt velut interpretes aut sequestres inter se & Deum, vt ei ipsi coniungantur, neque ponendæ cogitationes versus, alium. Et is quintus quidem articulus hortatur sese subducere ab Idolorum alienorūque Deorum cultu. Ad quã sententiam constabiliendam plurima legis oracula pertinent.

Articulus sextus est de Prophetia. Hoc tenentur homines, nosse in humana specie versari indiuidua, quorū mētes purgatæ sint, perfectiōq; adeo insignis, vt animus ipsorum defæcatus depuratusq; eo vsq; progrediatur, vt percipiat veritatē, itemq; formam
b intel-

SYMBOLVM FIDÆI

intellectualem, sicque postea adhærescat intelligentia humana intelligentiæ agēti, atq; ab ea recipiat præstātem influxum, id est influxum propheticum. Ac ista quidem huius rei sententia est. Cæterum explicatio articuli latissime patet. Sed quoniā non proponimus adducere demōstrationes de singulis articulis ac declarare quī valeant comprehendere & quī sint summa vniuersaq; capita cunctarum disciplinarum, eos duntaxat commemorabimus per modum narrationis. Versus autem Legis testimonio suo cōprobabunt plurimorum Prophetarum Prophetias.

Articulus septimus pertinet ad prophetiā Moſis magistri nostri, super quem sit pax. Iuxta hunc necesse est credere Moſem patrem esse omnium

nium prophetarū qui ipsum vel præ-
 cesserunt vel subsecuti sunt, vel ipsius
 ætate vixerūt, nec reliquorum digni-
 tatem atq; præstantiam Mosaicæ esse
 parē. Vnde ipse præcipua extitit crea-
 turarū dei, quod ad homines attinet,
 apprehenditq; plus secretorum Dei
 conditoris quàm aut apprehendit aut
 apprehendet vllus hominum, qui vel
 extiterint vel extaturi sint. Præterea
 credendum est ipsum peruenisse ad
 summum humanæ præstantiæ, adeo
 vt peruenerit ad regni cælestis emi-
 nentiam, cōprehensusq; fuerit coetu
 Angelorum. Deinde nō est relictum
 vllum † firmamentū, vllūmq; myste-
 rium in arcanis legalibus, quæ nō ha-
 buerit cōprehensa non officientibus
 impedimentis corporeis. Præterea
 nihil ei defectiois, ne tantillum qui-
 dem, inhæsit. Quin etiam in suis per-
 ceptio-

Moses præ-
cipua crea-
tura est.
Deut. 34.

Ratio soli-
da.

SYMBOLVM FIDĒI

ceptionibus contemplationibusque
 mēbra ipsius, & sensus desierunt fun-
 gi suis crāsis & corpulentis actioni-
 bus, & facultas ipsius appetens op-
 pressa est, adeo vt sola mentis intelli-
 gentia superstes & reliqua extiterit.
 Ac in hanc sententiā ipsum proditum
 est conuersatum cum summo opificē
 citra Doctorem intermedium. Cæte-
 rum hoc præclarū argumentum pro-
 pemodum explicauissemus atque di-
 luissemus dubitationes, quę emergūt
 è legis versib⁹, declarauissem⁹ quoq;
 sensum loci, Ore ad os loquar ei, cum
 integro versiculo, itemque aliis, qui
 eandem sententiam efficiūt, nisi per-
 spexissem⁹ hac subtiles sentētias, val-
 deq; abstrusas egere præfationibus
 multis & hypothesibus & parabolis
 siue comparisonibus, priúsq; expli-
 candā fuisse substantiam Angelorum
 &

& myſterium de ipſorum præſtantia necnon animæ & facultatum ipſius naturam. Sic verò prouecta fuiſſet noſtra oratio ad tractationem formarū, quibus ſummus opifex itemq; angeli apparuerunt Prophetis, vbi ſeſe reuoluiffet tractatio de menſura ſtaturę & rebus eôdem pertinentibus. Huic verò diſputationi ſoli, etiam ſi abſoluta breuitate perficeretur, non ſufficerēt centū chartæ. Quocirca reijeci eam in aliud tempus, quouſq; occurrat locus accommodatus in libro de expoſitionibus Deraſhoth, ſiue rerū in contemplatione poſitarum, quem edere inſtitui, aut in libro de arcanis facultatis propheticæ, quē iam cœpi, aut in libro de feſtis, in quo explicatè hæc vniuerſa capita, à me iam recenſita, pertractabo.

Sed

SYMBOLVM FIDEI

Sed reuertor ad hoc caput à quò deflexi. Vaticinatio Mosis Doctoris nostri, qui pace fruitur, antecellit vaticinationes cunctorum prophetarum quatuor in rebus. Primùm quoniam summus opifex, non colloquebatur cum prophetis nisi interuentu Angeli interpretantis, cùm inter Deum & Mosem non intercederet Angelus, quemadmodum prodit scriptura, *Num. 12.* Os ad os loquebatur. Deinde Prophetæ vniuersi non fungebantur munere vaticinationis nisi in insomniis nocturnis, Dicente scriptura, *Genes. 28.* Et somniauit & ecce scala constituta: aut interdium quidē, sed cùm sopor irrueret in prophetam, cui accidebat res illa, sensibus ipsius membrisque omnibus oppressis suaque actione destitutis adeo, vt sola cogitatio in ipso vigeret, quæ admodum solet euenire somniantibus.

bus. Hoc autem vocatur visio & visum, vnde Illud, In visionibus Dei. Exc. 8. Moses verò habuit spiritum propheticum sibi assidentem ac super se moratam interdium, stans iuxta duos Cherubim, quandò cōgrediebatur eì summus opifex. Hinc illud, & cōueniam Exod. 25. te ibi. Tertiò omnes prophetæ, quotquot vaticinabantur tametsi id facerent per visa aut interuentum angeli, concutiebantur mēbris, tabescebant pedibus, ac cōpages corporis ipsorum dissoluebatur, corripiebatq; ipsos horror ingēs, adedò vt præ terrore propemodum efflarent animam. Sic scriptum est de Daniele, dum ipsum Dan. 10. alloqueretur Gabriel. Nō est, inquit, relicta in me fortitudo, sed & species mea mutata est in me in tabem, neq; tenui quicquā viriū. Quin & subiicit, Audiens iacebam cōsternatus & vul-

b 4 tus

SYMBOLVM FIDEI

tus meus hærebat terræ. Et iterum, in visione versi sunt cardines mei in me. Mofi autem nihil tale accidebat, vt pote qui prophetiam apud se morantem haberet. Sed nec palpitabat nec expauescebat, dicente scriptura, collocutus est Dominus cum Mose facie ad faciem & c. Quorum verborū hæc est sententia. Quemadmodū homines non expauescunt dum inter se colloquuntur, sic ipse Moses, qui pace perfruitur, non pauebat aut conturbabatur, dum cum ipso Deus sermocinaretur, etsi id fieret aduersa facie, idq; quoniam multum vehementerq; defigebatur & inhærescebat intelligētīæ, quemadmodum diximus. Quarto & postremo sancti vates non vaticinabantur pro arbitrato suo, sed pro voluntate & licentia summi opificis, fierique poterat, vt multis annis

nis agerēt citra influxum vimq; propheticam, & quamuis rogarent dominum, vt sibi mitteret prophetiam, sic tamē permanerēt aliquādiu, quousq; eis vis vaticinādi obueniret post multos, vel dies, vel annos: aut etiam vaticinatione nunquā afflarētur. Vnde reperias eorum quosdam, qui faterentur exhilarare animam suam, purgareq; cogitationes suas. Hoc modo 4. Reg. 3. se gessit Eliseus dum diceret, Et nunc accipite mihi psalterium, tum enim prophetia in ipsum irruit. Nec tamē quotiescunq; vaticinabātur, opus erat tali afflatu, vt vaticinarentur, vtq; ei præpararentur. Moses autem, (sicuti cōperimus) doctor noster vaticinandi dono fungebatur quocunq; vellet tempore, quemadmodum ipsemet Num. 9. prodit, State, inquit, & audiam quid præcipiet dominus vobis, Et iterum, loquere

SYMBOLVM FIDEI

Loquere ad Aaronem fratrem tuum, & ne veniat omni tempore ad sanctuarium. Moses nempe omni (tempore) veniebat, non item Aaron.

Articulus octauus est lex de cœlo. Eo credimus legem vniuersam, quæ versatur in nostris manibus, cōscriptam esse à Mose, & profectam ex oraculo præpotentis Dei. His autem significare cupio vniuersam legem ad ipsum peruenisse per oraculum omnipotentis, accessu, qui appellatur colloquium siue sermocinatio. Nec verò nouimus, qualis extiterit iste accessus, sed eum tamen is nouerat, qui ipsum est cōsecutus, quodque factus sit tanquam cum scribente, cuius in auribus aliquid legitur, qui & scribit, quæcunque ipsi narrantur partim de Annalibus, partim de rebus ad legem legis-

legisq; præceptiones pertinētibus. Ac sic distinctio habetur inter hos locos. Et filij Cham Chus, Mizraim, Phut Et, Nomen vxoris ipsius Meetabel filia Matred, Et, Ego Dominus Deus tuus. Et, Audi Israel. Vniuersa enim lex Domini sancta est, atque vera. Et tamen Manasses quidam hæc negabat, docebatque impios negatores existimare legē habere corda & cortices, ac tales narrationes & res gestas, quæ Lege cōtinentur, carere utilitate, nec aliūde esse profectas, quàm ab ipso Mosis ore, atque id quidem significari vulgari dicto, Lex non est de cœlis. Præterea ferunt Manassem credidisse totam legem prodiisse ex Oraculo Dei, præter illos versus, in quibus Moses non adijecisset, Sic dixit Dominus. Atqui mandatum ipsius violasset. Nā Moses à semetipso locu-

*scripta Mo
sis, partim
ad historiã,
partim ad
legislationē
pertinent.
Gen. 10.
Gen. 36.
Exod. 20.
Deut. 6.*

SYMBOLVM FIDEI

locutus fuisset, Deo haud quaquam
 præfante, vt quidem impiorum verba
 supponunt. Verùm omnes legis api-
 ces literæque includunt insignes sen-
 tentias sapiētīę plenissimas, quas per-
 cipiāt ij, quibus Deus aperuerit men-
 tem, ita tamen vt sapientiæ eius sum-
 ma perfectio non comprehendatur,
 prodente scriptura, longiorem esse
 terra ac insuper latiore mari mēsu-
 ram ipsius: cū nō nisi liceat homini
 incedere in vestigiis Messīæ dei Ia-
 cob, qui precatus dixit, Reuela ocu-
 los meos & videbo mirabilia de lege
 tua. Cæterū interpretatio ipsius, quā
 à maioribus accepimus, similiter pro-
 fecta est ab oraculo præpotētis Dei.
 Prætereà quicquid obseruamus hodie
 de præceptis Tabernaculorum,
 Palmarum, Tubarum, Fimbriarum,
 Phylacteriorū, hisque cōsimilium a-
 liorum

Iob. 11.

*1. Davidis,
 qui hæc ca-
 nit, 119.*

*Cabbala si-
 ue interpre-
 tatio legis
 per manus*

liorum manat è iudicio, quod reue- tradita à Deo est.
 lauit supremus mundi effector Mosis,
 qui in pace cõquiescit, quòdq; Moses
 nũtiauit nobis, missione fideli per ip-
 sius legationem ad nos perueniente.
 Extat autem versiculus, qui id quod
 designatur in hoc octauo articulo, ex-
 pressit his verbis, In hoc scietis, quia Num. 16.
 Dominus misit me ad faciẽdum vni-
 uersa hoc opera, Nam non ex corde
 meo (illa dictaui).

Articulus nonus pertinet ad trans-
 lationem (legis) hoc est, permutatio-
 nem. Eo credimus legem Mosis non
 esse reuellendam neque permutan-
 dam, neque aliam à Deo profecturã,
 nihil ei esse addendum, nihil detra-
 hendũ quoad scriptum, eiusq; senten-
 tiam & explicationẽ. Hoc & testatur
 verbũ Dei hac oratione, Non addes Deut. 4.
 ei

SYMBOLVM FIDEI

ei neque minues de eo . Sed iam declarauimus, quod explicare oportuit de hoc capite, in præfatione nostra.

Hafitare.
Iob. 10.

Articulus decimus ostendit Deum Opt. Ma. nota compertaque habere hominũ opera, nec in his † torpescere . Nec verum esse, quod quidam inducuntur dicere apud vatem , Dereliquit Dominus terram, sed potius quod concionatur Hieremias propheta , qui pacis beneficio fruitur, Magnus es consilio, multus opere, cuius oculi aperti sunt super omnes vias filiorum hominum. Et quod alibi dicit scriptura, Dixitque Dominus, clamor Sodomorum & Gomorreorum, multiplicatus est & peccatum eorum, Et rursus, Viditque Dominus, quòd multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis

Gen. 18.

Gen. 6.

dis intenta esset ad malum omni tempore. Hæc verò omnia insinuant sententiam veritatemque huius articuli.

Articulus vndecimus docet Deū Opt. Max. remunerare benefacta eorum, qui executi fuerint legis præcepta, punire verò eum, qui eius vetita cõmiserit. Remune ratio autē eorū maxima, est futurum sæculum. At pœna summa in eo posita est, quod excindetur anima, peribitq; . De qua re, quod sufficeret, iam tractauimus. Contextus autem scripturæ, qui hãc sententiam designat, extat apud Mo- Exod. 32. sem his verbis, Aut dimitte eis hanc noxam, aut si nō facis, dele me de libro tuo, quē scripsisti. Cui respondit dominus, Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo. His scriptura profitetur propositã esse iusto & improbo

SYMBOLVM FIDEI

probo mercedē illi quidem præmiū,
huic verò supplicium.

Abā, 2.

Articulo duodecimo iubemur credere tempus dierū Messiaē siue Christi, nempe tempus aduētui ipsius esse destinatū. Quod sitardauerit, expecta eum. Et ne ei præstituat quisquā certam ætatem, neue promat ex scripturis coniecturas, vt cōprehendat tempestatem aduentus ipsius, dicentibus sapientibus nostris, exhibilato spiritum eorum, qui supputant fines. Est autē necesse credere in Messiam, eū extollere, amare & orare pro eo (pro ipsius aduentu) iuxta id quod nuntiatum est per Prophetas omnes, ab ipso Mose ad vsq; Malachiam. Quicunq; autem de eo apud se dubitat, mēdacij insimulat vniuersam legem, quæ Messiam sperare iubet clarissimè

*Necessario
credendū in
Messiam.*

mè in sectiōe Balaam, & in sectiōe, Vos statis hodie. Atq; id omnino, Num. 24.
Deut. 29.
ne Deo & verbis prophetarum ipsius
nuntium remittat.

Articulus decimus tertius spectat
ad resurrectionem mortuorum, Hu-
ius verò sententiam iam declarauimus.
Porro Homo cùm apud se integris
completisque articulis omnibus
credit, comprehenditur communione
Israëlis. Itaq; necesse est eum dilige-
re, ei parcere, erga eū præstare quæ-
cunque à Domino omnium opifice
iussa sunt, quod attinet ad officia cha-
ritatis, fraternitatis, societatis vnus
erga alterū. Quod si admiserit om-
ne genus præuaricationum mūdi, vi
cōcupiscentiæ & fomitis, sequutusq;
fuerit impetum nature suę corruptæ,
luet quidem pœnas pro grauitate
c peccati

SYMBOLVM FIDEI

peccati sui. Intereà tamen partem futuri æui obtinebit. Atq; id quidem de præuaricationibus Israëlitarū dictum esto. Cùm autem amiserit aliquem istorum articulorum, à communione egreditur, Deū, præcipuū fidei caput negat, estq; hæreticus & Epicureus, ac detrucans † plantationes. Vnde cum decet auersari atque perdere, vt de quo proditū sit, Nonne odientes te domine oderam, & insurgentibus in te infensus eram! Sed iam sat multa hoc loco differui, digressus ab instituto tractationis meæ. Verū id egi, quia ingens inde manabat vtilitas ad fidei confirmationem, quippe qui sim tibi complexus sententias valde conducentes, dispersas alioqui per multos eosq; insignes libros. Quamobrem posside eas & prosperare, ac lege verba mea ista sæpiusculè. Animum ad illo-

*Firmas patrum sententias.
Psal. 139.*

illorum intelligentiam seriò adijce, neque fallat te cor tuum, vt autumes te ea intellecturum simplici adiectu aut etiã denis. Tibi persuadeto, (Viu-uit dominus) te stolidè deceptum esse, (si id putes), proindeque ne festina iudicium ferre de ijs, quæ tibi videbũtur. Cæterùm composui hunc libellum prout occurrebat mihi, atq; id quidem post multos labores, consideratis libris compluribus, peruestigatisque sententijs, tum aptis, tum ineptis, ac è cunctis tibi quicquid certo tenere & credere par est exposui. Singulis prætereà in capitibus omnia firmare studui probationibus dilucidis. Et certè à domino postulaueram vt doceret me semitam rectã & iuua-
ret me, quemadmodum vates ipsius fuerat precatus. Sit, manus tua ad ad- *Psal. 119.*
iuuandũ me, quia mãdata tua elegi.



*SUPREMMUM LVGEN-
tium officium ex libro precatioñũ He-
braicarum, qui inscribitur Mahzor
sanctæ Synagogæ Romanæ.*

Qui cõspicit sepulchra Isrælitarũ, dicit.

Benedictus Dominus Deus no-
ster, Rex sæculi, qui cum iudicio for-
mauit vos, aluit vos, in vita conserua-
uit vos, morti dedidit vos, qui nouit
numerum omnium vestrum, qui vos
fuscitaturus est, qui vos restitutus
est cū iudicio. Benedictus es Domi-
ne qui vitam tribuis mortuis. Mor-
tui tui cum cadauere meo resurgent.
Expergiscimini & iubilate, qui iacetis
in puluere, quia ros lucis ros tuus &
terra manes eijciet.

Ad

*Ad tumultum defuncti superiorem
hanc benedictionem solus Minister
Synagogæ pronuntiat. Sequentem ve-
rò orationem populus Ministro præ-
eunte concinit.*

1 Dei perfectū est opus. Nam vni-
uersæ viæ eius iudicia. Deus veritas
est & absque vlla prauitate, iustus,
itemque rectus.

2 Deus perfectus est in omni opere.
Ecquis dicet ei, quid agis? Qui domi-
natur in inferioribus, & superioribus,
qui morti tradit, qui vitam suppeditat,
qui deducit ad inferos & reducit. 1 Reg. 2.

3 Deus perfectus in quacūq; actio-
ne, Ecquis inquiet ei, Quid facis? Qui
ordinas & facis, gratis nos miseri-
cordia affice, ac merito illius (Isaac)
qui vinctus fuit, tanquam victima, at-
tende & exequere.

c 3 Deus

OFFICIUM

4 Deus perfectus est, opus eius veritas. Omnes enim viæ eius misericordia et veritas. Ipse veritas est, itēq; iudicia eius veritas. Longanimis, multæ misericordiæ & verax.

5 Ipse autem misericors propitiabitur iniquitati, & non perdet, multiplicabit auertere iram suam & nō effundet omnem suam indignationem.

6 Benedictus, quoniam veritas iudicium eius & lustrat vniuersa oculo suo, retribuitque homini secundum ipsius merita, cuius nomini cuncta laudem tribuunt.

Deut. 32. 7 Videte nunc, quòd ego ipse sim, nec extet Deus mecum, ego occidā & ego viuere faciā, percutiam & ego sanabo, nec est qui de manu mea possit eruere.

8 Homini, siue vnicum annum superstes fuerit, siue mille annos vixerit,

rit, extitisse quid magni prodest? perinde est ac si nō extitisset. Benedictus iudex veritatis, qui & necat & vitam præbet.

9 Anima omnis viuentis in manu tua est, iustitiâ plena est dextera tua. Miserere ouium manus tuæ, quæ reliquæ sunt, ac dicito Angelo, retine ma-
num tuam. iob.

10 Recordare Abrahæ, ac intuere ab excelsis tuis, necnon Isaaci, qui ligatus fuit propter nomen tuum, Iacobi quoque, qui dictus est perfectus tuus. Propter te, propterque illos veniam præsta, & parce populo tuo.

11 Certe tribus rebus fundamenta mundi firmantur lege, cultu & pietate (erga mortuos). Benedictus qui premium rependit vacantibus pietati.

12 Iustus in omnibus viis suis Deus, perfectus, lōganimis, misericordiisq;
c † plenus.

OFFICIUM

plenus. Indulge quæſo, parce obſecro tum patribus, tum filiis. Tua enim eſt ô Domine propitiatio, atque miſericordia.

13 Quid emolumenti percipit homo ex cuncto labore ſuo, cum ob hæc omnia mors fors eius ſit, nec in die mortis habeat adiutorem, præter Dominum, cuius opera perfecta exiſtunt.

14 Iuſtus & rectus, neque eſt in viis ipſius prauitas. Ipſe enim vocatur Deus perfectus, cuius opera pura ſunt, cuius & viæ iuſtæ, à cuius conſpectu, qui vniuerſa cõdidit, nemo ſe poteſt abſcondere.

15 Iuſtus & formator vniuerſi operis. Benignus in omnibus, quæ agit, Dominator, voluntatem ſuam exequens. Ecquis dicet ei, quid moriris?

16 Iuſtitia & iudicium vniuerſæ viæ eius. Miſericordia & veritas vniuerſæ ſemitæ

femitæ ipsius. Delectus personarum nullus coram ipso. Quin & super nos commouentur viscera misericordiæ eius, quippe qui omnes sumus opus manuum illius.

17 Censor veritatis, iudex iustitiæ. Benedictus iudex veritatis, vt pote cuius omnia iudicia misericordia & veritas. *psal.*

18 Cernite sapiētes, inducitéque in animum non teneri imperiū in mortis diem, sicuti pronuntiauit vir integer iuxtà ac rectus. Dominus dedit, *106. 1.* Dominus abstulit. Esto nomen Dei benedictum.

19 Nouimus domine iusta esse iudicia tua, quodq; iustificaberis in verbo tuo, purgaberis in iudicio tuo, Nec esse ratiocinandum post censuram sententiarum tuarum. Iustus es domine ac rectum vnumquodq; iudiciorum

OFFICIUM

dicionum tuorum.

Yacim.

20 Etsi homo uiuat mille annos (et) dominatio principatus ipsius pateat in omnem partem & † locum, tamē absq; diuitiis descendet in cauernas, ac in iudicio sistetur ante Deum, qui nullum personarū habet delectum.

21 Potens nomen eius & vnicum. Ante eum paruus pariter & magnus æquales sunt. Creatura hoc inducat in animū & expauescat, quoniā disceptabit corā iudice, qui nec personarum habet rationem, nec capitur munere.

22 Tu uiuus perennisq; elegisti nos. Elegisti nos pro parte portionis tuæ. Propter gloriam nominis tui libera nos, expiato quoque peccata nostra. Ob nomen tuum, propter te, propter cruorem seruorum tuorum, qui effusus est anno octingētesimo quinquagesimo

gesimo sexto, qui vitam suam facultatesque suas pro cōfessione vnitatis nominis tui sancti dederunt.

23 Meritū vnigeniti, qui vinc̄tus est, cū attigisset trigesimum septimum annum & tuo iussu oblatu cædi, in cuius demū loco prehensus est aries, promisisti te seruaturum in perpetuum iis, qui te colent cum charitate & metu, quāto magis † ducibus vel, ducibus nostrarum. nostris, qui anno centesimo trigesimo sexto simul interierunt.

Hic cadaver eximitur feretro. Deinde Minister Synagoga sequentes versus sigillatim præcinit, succinit verò repetitq; populus.

24 Hæc est via totius mundi. Congregamini & præstate vniuersi opera misericordiæ. Nihil enim ipsum Heb. Escro- sis est persone & numeri. Anima eius perfructur. latet. Ac † animæ vestræ vita sempiterna

OFFICIUM

terna perfruentur.

Munste. & Fagius hæc citat in annotat. ad c. 14. Deut. Es. 25. Vers. 7. 25 Vox audita est annūtians pacem. Voluntatem timentium se faciet in pace. Audite verbū pacis. † Requiescat anima ipsius in cubili suo in pace. 26 Iaceat in pace, Dormiat in pace, donec veniat consolator, qui pacem audire faciat.

Innocentio Patrum priscorum. Abraham, Isaac, et Iacob sepulti sūt in Arbe quæ et Hebrō in tribu Iuda, Iosua 14. Gen. 49 sic et 4. ipsorum uxores 27 Patres sæculi, qui dormitis in Hebron portas horti Eden aperite illi, atque dicite: Aduentus ipsius (esto) in pace.

28 Colles æterni de spelunca duplici portas paradisi Eden patefacite illi, ac dicite, In pace veniat.

29 Angeli pacis egredimini in occursum ipsius, portas paradisi voluptatis referate illi, atque pacem aduentui ipsius denuntiate.

30 Custodes Theaurorum horti Eden patefacite ei portashorti Eden,

&

& ingrediatur N. paradifum, fruatur-
 que fructibus paradifi. Expetēda ſint
 ab eius dextera, Dulcia à ſiniſtra. Hoc Heb. reſpō-
 † exaudias (ô domine) eique dicas, deas
 in pace eſto † aduentus tuus. Heb. Hete-
 roſis, aduē-
 tus eius.

*Poſt cadauer humo conditum ſe ver-
 tunt ad orientem & dicunt.*

Magnificetur, ſanctificeturq; no-
 men ipſius magnum, qui renouatu-
 rus eſt mundum, viuificaturus mor-
 tuos, fundaturus templum, ædificatu-
 rus ciuitatem Hieruſalem, eradicatu-
 rus cultum impium de terra, † redu-
 cturus ſanctitatem, benedictū ipſum Vel reſtitū-
 Meſſiam ſuum cum regno ipſius atq; rus ſanctua-
 gloria in locum ſuum priſtinū in vita rium (et)
 veſtra, diebusque veſtris, in vita quo-
 que vniuerſæ domus Iſraël citiſſimè
 temporeque proximo. Dicite igi-
 tur, Amen.

Bene-

OFFICIUM

Benedictū sit nomen ipsius magnū,
in sæculum, inq; sæculorum sæcula.

Benedicatur, collaudetur, decoretur, exaltetur, clarificetur, euehatur, & glorificetur nomē ipsius sanctum benedictumq; supra omnem benedictionem, hymnum, laudem & consolationem, quæ dicuntur in mundo. Amen. Desinat vastitas, fames, mors, Calamitates exitiales recedant à nobis, & à vobis, atque à populo Israël. Amē. Sit pax alta à Domino, vita, sanietas, salus, solatium, liberatio, sanietas, redemptio, propitiatio, expiatio, refrigerium, ereptio nobis & cunctis Israëlitis. Amen.

Solent autē accipere herbas et pulverē et post se spargere dum egrediuntur, ac dicere, Quia pulvis es & in pulverem reverteris. Pratercā cum egrediuntur

diuntur è cœmeterijs, singuli apud se sequentem oratiunculam recitant.

Et nũc Domine Pater noster, Nos fumus lutum, tu autem fictor noster, opus manuum tuarum fumus omnes, Confiteor tibi Domino meo me esse puluerem, cinerem, vermem mihè aridum, vmbraꝝm transeuntem. At tu Domine perpetuo sedebis, sedesque tua erit in sæculorum sæcula. Amen.

In domũ luctus reuersi manus abluũt, seque sic funesta illa re expiatos credunt. Alioqui ritus in lege Mosaiica præscriptos de purificatione eorum, qui cadauera tetigerunt, non seruãt, quasi illi tantũm stante templo habere debeant locum. Mox miscent vini calicem, Ministro his verbis benedicente.

Benedictus sis, Domine deus noster,
ster,

OFFICIUM

psal. 119. ster, Rex sæculi, qui creasti fructum vitis. Benedictus sis domine Deus noster, Rex sæculi, iudex veritatis & iudex misericordiæ. Censor veritatum, qui iudicat nos iudicio vero, quemadmodum scriptum est, Dei perfectum est opus, & Iustus es Domine & rectum vnumquodq; iudiciorum tuorum. Benedictus tu Domine omnium lugentium consolator.

Postremo Benedictionem tibi hoc in luctu sic peragunt.

Minist. Benedicamus lugentium consolatori. P O. Benedictus lugentium consolator, de cuius bonis mādūcauimus atque viximus.

Minist. Benedictus qui satiāt famelicos, Benedictus ipse & benedictum nomen eius, Benedicta quoq; memoria eius in sæcula perpetua. Benedictus

es Domine deus noster rex sæculi,
qui alis vniuersum mundum gratia,
benignitate & misericordia. Das e-
scam omni carni. Nam in æternum
misericordia tua, cuius bonū ingens
nūquam defuit nobis, sed nec deerit
nobis alimentum vnquam in sæculū,
& æternitatē. Ipse enim nutris & ci-
bum præbes omnibus, sicuti scriptū
extat, Aperis manum tuam & satias
omne viuēs beneplacito. Benedictus
tu Domine qui omnia alis.

Confitebimur te Domine deus
noster, quoniam hæreditandam tra-
didisti patribus nostris terrā deside-
rabilem, feracem & amplam, fœdus
& legem, vitam & victum, quoniam
eduxisti nos de terra ægypti, rede-
mistiq; nos de domo seruorum pro-
pter fœdus tuum, quod obsignasti in
carne nostra, & propter instituta be-
nepla-

OFFICIUM

Deut. 8.

neplaciti tui, quæ patefecisti nobis,
 & propter vitã & victum, quo cibas
 alisq; nos, deniq; propter omnia do-
 mine Deus noster confitemur te &
 benedicimus nomini tuo, vti iussisti,
 Vbi comederis & satiatus fueris, be-
 nedices domino deo tuo ob terram
 pinguem, quam tibi dederit. Bene-
 dictus tu Domine & terræ illius &
 cibi causã.

Es.

Consolare Domine deus noster
 lugentes Sionis & lugentes Hierusa-
 lem, lugentes quoque qui lugent in
 hoc funere. Cõsolare eos à luctu ip-
 sorũ, exhilara eos ex ipsorũ labore,
 scripturã hãc implens, Sicut vir quem
 mater consolatur, sic ego consola-
 bor vos, & in Hierusalem consolabi-
 mini. Benedictus tu domine conso-
 lator lugentium, & structor Hierusa-
 lem. Amen cito in diebus nostris.

Amen

Amen in vita nostra ædificetur vrbs
Sion & aptetur cultus in Hierusalem.
Benedictus tu Domine Deus noster,
Rex sæculi, Deus Pater noster, Rex
noster, inclytus noster, redemptor
noster, sanctificator noster, sanctifica
tor Iacob, Rex viuus, bonus, itemq;
beneficus, deus verus, iudex, in iusti
tiã animas excipiens, dominator in
mũdo suo, adeo vt exequatur cuncta
pro voluntate. Nos autem populus
eius, seruique ipsius. Ac propter hæc
omnia tenemur confiteri illum, eiq;
benedicere. Qui sepit ruinas, ipse se
piat ruinam hãc nobis & populo suo
Israël misericorditer. Qui facit pa
cem in superioribus suis, ipse per mi
sericordiam suam cõciliet nobis, po
puloque suo pacem. Amen.

Hascabá

d 2

OFFICIUM

Hascabá, id est, Oratio pro defunctis, quam Hazan sine minister Synagoga recitat ad sepulchrum, itemque in Synagogis, inter producta legis solemnia, diebus festis & maxime expiationis, quo die omnia feruent religione, cultuq; pro remittendis peccatis.

Hanc saepiusculè Minister reperit, prout rogatur à diuersis flagitantibus sibi dari Hascabá pro anima. N. Sic enim loquuntur. Vnde posset iuxta Ecclesiasticam loquendi formulã appellari, Requiem, vel Libera Hebraeorum.

Hascabá sonat accusationem à סכב iacuit.

Melius est ire in domũ luctus, quàm in domum conuiuij, in qua est finis omnium hominum. Quod Viuens in cor inducat suum. Finem verbi omnes audiamus. Deum time & mandata eius serua. Nam istud est omnis ho-

hominis.

Requies firma in superna habitatione sub alis Numinis, in gradu sanctorum & purorum, tanquam splendor firmamēti, collucentium fulgentiumque, Permutatio ossium, Propitiatio delictorum, Remotio præuaricationis, Accessio salutis, indulgētia, & miseratio à conspectu inhabitantis cœlestis domicilium, Pars deniq; bona in vitam venturi sæculi ibi sit portio, tectumque ac habitatio celebris animæ sapiētis huius, intelligentia præditi, gloriæ Rabbini N.

Animus gloria sine ornamentum & decus hominis.

Spiritus Domini quiescere faciat eum in horto Eden, & societur ei pax, quemadmodum scribitur in Esaiâ. Veniet pax, quiescet in cubiculis suis ambulans ante ipsam, ipse ac omnes defuncti Israëlis, ipsius misericordia & propitiatione. Amen.

Isa. 45.

d 3 *Inscri-*

OFFICIUM LVGENTIVM.

Inscribunt autem lapidibus sepulchrorum.

Sit anima eius in horto siue paradiso Eden, Amen.

† *Vel.*

Deprecatio

sumpta ex

1 Reg. 25.

Vbi Abigail

hæc Davidi

exoptare le-

gitur.

Sit anima eius colligata in fasciculo viuentium, vel vitæ.

Reperi hæc in Parisiorum vrbe lapidem sepulchralem cum hac scriptura.

Et tu titulus(es) sepulchri Salomonis filij Haijm qui discessit in Paradisum Eden tertio die mensis Iar. 1. Aprilis, anno millesimo trigesimo octauo ad sectionem נבח,

Et in alio.

Tu titulus es sepulchri dominæ Iohæ filiæ R. Semuelis, quæ discessit in paradisum Eden, &c.

Preca-



P R E C A T I O N E S, I N
*quibus cōmemorationem faciunt suo-
 rum diuorum, præter superiorem, in
 qua inuocabant patriarchas & an-
 gelos pag.22.facie.2.*

Peccauimus ante te, miserere no-
 stri.

Deus misericors nomē tuum, Deus Exod. 34.
 miserator nomen tuum, Deus longa-
 nimis nomen tuum, plenus misera-
 tionibus nomen tuum, † in nobis vo-
 catum est nomen tuum, Domine fac 1. appella-
 propter nomen tuum. mur ex no-

Domine fac propter nomen tuum mine tuo po-
 & parce Israëli populo tuo. pulus do-

Domine fac propter inquilinum Gen. 12.
 (Abraham) perfectum tuum, & parce
 Israëli populo tuo.

Domine fac propter vinctum † in
 d 4 vesti-

COMMEMORATIO

In monte Moria, ubi postea constructum est templum. vestibulis tuis (Isaac) & parce Israëli populo tuo.

Domine fac propter exauditum in scala de excelso tuo, (Iacob) & parce &c.

Domine fac propter meritum Ioseph sancti tui, & parce &c.

Domine fac propter extractum de aquis tuis (Mosem) & parce &c.

Domine fac propter (Aaronem) sacerdotio fungentem in Urim & Tumim oraculis tuis, & parce Israëli.

Domine presta propter (Phineem) zelatem ob nomen tuum, & par. Isr.

Domine presta propter (Dauidem) suauiter concentus tuos emodulantem, & parce Isr.

Domine presta propter (Salomonem) qui ædificauit Ædem nomini tuo, & parce Isr.

Domine presta propter nomen tuum,

tuum, & parce Israëli populo tuo.

Fac propter nomen tuum, Fac propter bonitatem tuam.

Fac propter foedus tuum, Fac propter magnitudinem tuam.

Fac propter legem tuã, Fac propter decus tuum.

Fac propter conuentum tuum, Fac propter memoriam tui.

Fac propter misericordiam tuam, Fac propter bonitatem tuam.

Fac propter rectitudinem tuã, Fac propter gloriam tuam.

Fac propter doctrinam tuam, Fac propter regnum tuam.

Fac propter † æternitatem tuam, *vel robur tuum.*

Fac propter fortitudinẽ tuam, Fac propter decorem tuam.

Fac propter iustitiam tuam, Fac propter sanctitatem tuam.

Fac

COMMEMORATIO

Fac propter miserationes tuas, Fac propter præsentiam tuam.

Fac propter legem tuam.

Fac propter Abraham, Isaac & Iacob, Fac propter Mosem & Aaronē, Fac propter Dauidem & Salomonē, Fac propter Hierusalem ciuitatem sanctam, propter Sionem habitaculum gloriæ, propter excidium ædis tuæ, propter vastitatem templi tui, præsta propter Israëlitas pauperes, propter Israëlitas tenues, propter Israëlitas qui versantur in calamitatibus, præsta propter pupillos & viduas, propter fugentes vbera, propter ablactatos, propter infantes ædis

vel Magistrorum ut hoc pertineat ad excidium Titi, qui Rabbinos multos

† Domini, qui non peccauerūt, præsta propter te, si causa nostra non duceris, saltem tua causa age saluaque nos. Salua nos, exaudi nos hodie, cunctisq; diebus, quibus oramus. Si quidem

quidem laudatio nostra tu es.

fertur eneā

Qui exaudis pauperes, Exaudi nos.

casse, nec

Qui exaudis oppressos, Exaudi nos.

puerulis in-

Qui exaudis contritos corde, Exaud.

nocentibus

Qui exaudis humiles mente, Exaud.

pepercisse.

Qui exaudis attritos spiritu, Exaud.

Qui exaudiuisti Abraham patrē nostrum in monte Moria, Exaud.

Qui exaudiuisti Isaac in summitatibus altaris, Exaud.

Qui exaudiuisti Iacob in Bethel, Ex.

Qui exaudiuisti Ioseph in domo victorum, Exaud.

Qui exaudiuisti Mosem & patres nostros in Mari rubro, Exaud.

Qui exaudiuisti Aaronem in Thribulo, Exaud.

Qui exaudiuisti Phineem in Sittim, Exaudi nos.

Qui exaudiuisti Iosuā in Galgal, Ex.

Qui exaudiuisti Heli in Rama, Exau.

Qui

COMMEMORATIO

Qui exaudiuisti Samuelē in Maspa,
Exaudi nos.

Qui exaudiuisti Dauidem & Salo-
monem filiū ipsius in Hierusalem,
Exaudi nos.

Qui exaudiuisti Eliam in monte Car-
melo, Exaud.

Qui exaudiuisti Ezechiam in ægritu-
dine ipsius, Exaud.

Qui exaudiuisti Ionam in visceribus
piscis, Exaud.

Qui exaudiuisti Hananiā, Misaelem,
& Azariā in medio fornacis ignis
ardentis, Exaudi nos.

Qui exaudiuisti Danielem in lacu
Leonum, Exaud.

Qui exaudiuisti Mardocheum & E-
steram in susis vrbe, Exaud.

Qui exaudiuisti Ezram in transmi-
gratione, Exaud.

videtur et Qui ex. † Honiam in Maagal. Exau.

Qui

Qui exaudiuisti iustos & pios, & perfectos omnium ætatum, Exaud. se Onias, qui antecessit paulo tēpora Machabeorū, de quo 2. Mac. 3. et. 4.

Misericors exaudi nos, Misericors libera, Misericors redime, Misericors, qui plenus es miserationibus, miserere nostri, ac omnium domesticorū nostrorū. E tenebris in lucem educ nos propter nomen tuum magnum.

Patrum primorū, Patrum Israëlis recordare obsecro, iniquitatum primarum in temporibus sicut Deus, ne recorderis, Rebellionis cordis stupefacti ne recorderis, caniciēi autem Abrahæ recordare obsecro. Antitheta elegantia.

† Iugum præuaricationis peruigilantis ne memineris, Recordare autem obsecro, Isaac, qui ligatus fuit.

Malitiæ operum ne memineris, hominis integri Iacob, qui habitauit in tentoriis, obsecro, recordare.

Actionum † terrorum ne memineris,

COMMEMORATIO

*Quæ terro-
rē conscien-
tiis incu-
tiunt.* ris, sed recordare, quæso, trium ma-
trum (Saræ, Rebecchæ, & Rachelis).

Peruertentis iudicia ne memineris,
quin duodecim principum tribuum
quæso, recordare.

Figmēti turbidi ne recorderis, sed
Iosephi qui venūdatus fuit, memēto.

Occultorū cordis nostri ne recor-
deris, sed, obsecro, memento Mosis
magistri nostri.

Concupiscentiæ vulgi promiscui
ne memineris, sed quæso recordare
patrum versatorum ad mare rubrū.

Operum nostrorum itemq; rebel-
lionis ipsorum ne memineris, Aaro-
nis autem atque Mariæ; obsecro, re-
cordare.

Superbiam operis Sittim ne redu-
cas in memoriam, sed Phineem in
Sittim sese præclare gerentem ob-
eam pone.

Men-

Mendacium (Achanis) proditum *ios.7.*
 ne in recordationem reuoces, verum
 Iosue filij Nun obsecro, reminiscere.

Ignorantias legis dele ex memoria,
 in eam autem repone Barach & De-
 boram.

Spumæ polluti (Ophni) obliuiscere, *1. Reg. 2.*
 recordare autem Heli & Samuëlis.

Occultatorum ipsi Moloch ne recor-
 dare, sed in reminiscetia versato, ob-
 secro, Daudem Regem.

Transgressionis operum ne memi-
 neris, Memento autem quæso Salo-
 monis suo folio infidentis.

Cogitationum + subactarum ne re- *Quas sub*
 miniscaris, Reminiscere autem Iudi *ingum misit*
 cum & regum, etiam atque etiam ob- *appetitus.*
 secro.

Iniquitatis (in proximum) & præuari-
 cationis (in deum) ne recorderis, Re-
 cordare autem obsecro Eliæ atque Elisei.

Ver-

COMMEMORATIO

Verborum Hieremiæ obliuiscaris,
Ne verò obliuiscere, quæso, ægritudinis Ezechiaë.

De Naboth Impiëtatis in eū qui lapidatus est,
2. Reg. 21. ne memineris, Memento autem ob-
*vel de A-*secro Efaiaë & Ezechielis.
duram 3.
Reg. 12. Peccati & ignoratiæ ne reminisca-

ris, Reminiscere autem, quæso, Ionæ
in pisce existentis.

Patribus viam peccatorum ne recor-
dādo imputes, obsecro autem recor-
dare prophetarum duodecim.

Hominē vo- Luti & præuaricationum ipsius o-
cat lutum. bliuionem cape, Daniele & socios
eius in memoriam reuocans.

Esleram. Quæ figmentum meum admisit è
memoria expunge, in recordationē
autē inducito obsecro (Mardocheū)
filium Cis & † Hedessam.

Capitalis & minuti (peccati) i.e
memineris, memento autem obse-
cro

cro, Ezræ versâti in trãsmigratione,

Peruersitatis commissæ in Maagal
ne recorderis, recordare verò Oniæ,
qui piè sese gessit in Maagal.

Præuaricationum & delictorum ne
reminiscaris, reminiscere verò, obse-
cro, celebrium sapiētumq; nostrorū.

Superbias, itemque trãsgressiones
obliuione inducito, ætatum verò sin-
gularum pios reminiscencia prose-
quere.

Conflati vituli obliuiscere, ascen-
sus festorum trium solennium è con-
trario reminiscere.

Te capiat obliuio eorum quæ Iero-
boam patrauit in Bethel. Contrà in
memoxiã infer altare & sanctuarium.

Iniquitatum Israëlis ne memineris,
Obsecro autem viri Gabrielis recor-
dare.

Accusationis Samaëlis ne recor-
e deris,

BENEDICTIO

deris, memento autem defensionum
Michaëlis.

Patrum primorū, Patrum Israëlis
obsecro recordare.

Iniquitatum primarum in tempo-
ribus, velut deus, obliuiscere.



B E N E D I C T I O

Sponsaliorum.

*Qui benedictioni præest sumit cali-
cem vini & his verbis benedicit.*

Mundi.

Benedictus es Domine deus no-
ster rex † sæculi, qui creas fructum
vitis.

Benedictus es Domine deus no-
ster, rex sæculi, qui sanctos reddidisti
nos præceptis tuis, ac iussisti vt atten-
deremus

deremus ad nefandos cōcubitus, nobis prohibens desponsatas, permit-
tens autem ductas in matrimonium
interuentu thori genialis, & conse-
crationum coniugalium. Benedictus
es Domine, qui sanctum efficis Israë-
lem per thalamum nuptialem & con-
secrationes coniugales.

*Hoc recitato pręgustat, deinde porri-
git calicem sponso & sponsę.*

Benedictio nuptiarum.

*Qui benedictioni prępositus est su-
mit calicem & recitat, Orationem,
Qui creas fructum vitis, ac postea, se-
quentem subiicit.*

Benedictus es Domine deus no-
ster rex sæculi, qui vniuersa in gloriã
tuam condidisti.

Benedictus es Domine deus no-

e 2 ster

ritatem & fraternā dilectionē, exultationem, voluptatem, pacem & societatem. Obsecro Domine, quā citissimè audiatur in vrbibus Iuda, & in plateis Hierusalem vox gaudij & lætitiæ, vox sponsi & sponsæ. Vox exultationum Thalamorum sponzorū dulcior est, quā conuiuium, & pueri, quā ipsorum canendi suauitas. Benedictus es domine, deus noster, qui lætificas sponsum & sponsam, quiq; eos fortunas.

Confitemini domino, quoniā bonus est, quoniam in sæculum misericordia eius durat.

Multiplicentur gaudia in Israële, & fugiant suspiria.

*Deinde qui benedixit libat vinum,
mox illud propinat sponso & sponsæ.
Tandem septem cunctis diebus con-*

BENEDICTIO

*uij genialis, si illic superueniāt noui alij
qui conuiuā, ijdemque illustres, qui
non interfuerint benedictioni Nup-
tiarum, eorum maximo honos bene-
dictionis deferetur, ac in conuiuio re-
citabit benedictionem hanc cibi.*

Benedicamus deo nostro, in cuius
domicilio versatur gaudium, ex cuius
proprijs esitauimus, & cuius bonis
viximus, &c.

*Quod si desit conuiuatum numerus,
dicet.*

Benedicamus ei, in cuius domi-
lio versatur gaudium, cuius ex bonis
manducauimus, ac absoluet benedictio-
nem.

*Quod si nullus ibi fuerit nouus conui-
ua, recitabitur benedictio postrema,
Qui creauit gaudium & lætitiā,
&*

& sufficientiam eius, &c.

Porro sponsus ubi perspexerit sanguinem virgineum, hanc dicet benedictionem.

Benedictus es domine deus noster, rex sæculi, qui statuisti † nucem in paradiſo Eden, liliumq; cōuallium. Nō dominabitur alienus in fonte signato. Propterea cerua amorum semen sanctum ſeruauit in munditia, & statutum non violauit. Benedictus es domine, qui elegiſti Abrahā & post eum semen ipſius.

dorem pudicitie, caſtitem ab externo non reſignandam, & ſanctam puramque dilectionem.

*Quatuor al
legoria ſum
pta è ſalo-
monis
cāt. 6. 2. 4
& Prou. 5.
ad commen-
dandā pro-
barum con-
iugum ſua-
uitatē, can-*

Finis.

Deo rerum effectori honor & gloria.

Sexcenta

e 4



S E X C E N T A T R E D E -
*cim præcepta Mosis, quorum iugum
ac sarcinam populus Iudaïcus, usque
ad Christum portare iussus est, è ca-
pitibus ultimis operis Morè Nebu-
chim, quod olim conscripsit R. Mo-
ses Ægyptius Maiemonis filius.*

Eorum quæ propriè appellantur
præcepta & versantur circa actionē,
alia affirmant, alia negant. Affirmant
ducenta quadraginta & octo, quot
hominum † membra à medicis nu-
merantur. Negant trecenta sexagin-
ta & quinque, qui numerus est die-
rum anni.

*Ossa dice-
rēt Hippo-
crates, Ga-
len. Razes,
Avicenna.*

*Leges de
Deo deique
religione.*

Affirmantia autem sunt hæc.

I Deum esse credatur, Exod. 20.

Eun-

- 2 Eundem esse vnum fide teneatur, Deut. 6.
- 3 Deus diligatur toto animo, &c. Deut. 6.
- 4 Timeatur, Ibid.
- 5 Colatur, adoreturque modis à se præscriptis, Deut. 12.
- 6 Ei adhæreatur, Deut. 10.
- 7 Iuretur per nomen ipsius, Deut. 10 & 21.
- 8 Incedatur in viis ipsius, Deut. 13.
- 9 Sanctificetur nomen eius in medio filiorum Israëli, Leui. 22.
- 10 Scriptum, *Audi Israëli, Dominus deus tuus Deus vnus est*, discatur, memoriaq; teneatur, Deut. 6.
- 11 Filij legē Dei doceantur, Deu. 6.
- 12 Ligentur Phylacteria inter oculos, Deut. 6.
- 13 Eadem alligētur brachio, Deu. 6.
- 14 Conficiantur fimbriæ in quatuor angulis

PRAECEPTA

angulis palliorum, Num. 15.

15 In postibus & ostiis ædium scribatur Merizá, quæ est membrana, in qua exaratur, Audi Israël, &c. Deu. 6.

16 Congregetur populus, vt audiat legem statò tempore, Deut. 31.

17 Scribatur liber legis, Deut. 31.

18 Rex habeat apud se legis exemplar, Deut. 17.

19 Deus post cibum benedicatur, Deut. 8.

20 Conficiatur Deo Sanctuarium, Exod. 25. Deut. 12.

21 In veneratione Sanctuarium Domini habeatur, Leuit. 19. 26.

22 Excubent in Sanctuarij custodijs Sacerdotes, Num. 18.

23 Leuita Sáctuário inferuiat, Num. 18. & 7. Deut. 18.

24 Ingressuri Sanctuariũ lauent manus & pedes, Exod. 30.

Deo

- 25 Deo soli sacrificetur, Exod. 22.
 26 Liberator expectetur, Num. 24. *christus.*
 & Deut. 30.

*Sacerdotes tempore ministerij sui
 curent.*

- 27 Vt benedicant populo verbis cō. *De Sacerdo
 tum officio.*
 ceptis, Num. 6.
 28 Vt accendantur lucernæ, Leui. 24.
 29 Vt Panes & Thymiana propo-
 nantur coram Domino, super men-
 sam, Sabbatis, Leui. 24.
 30 Vt adoleatur incensum siue Thy-
 miana quotidie, Exod. 30. 39.
 31 Vt ignis assiduè in altari ardeat,
 Leuit. 6.
 32 Vt cinis ex eodē tollatur, Leui. 6.
 33 Vt contaminati expellantur de
 Templo, Num. Deut. 23.
 34 Omni honore afficiatur genus
 Aaronis, Leuit. 21.
 25 Sacerdos vestibus sacris induatur
 tempore

PR A E C E P T A

tempore ministerij, Exo. 28. Leu. 18.

26 Arca portetur humeris sacerdotum, Num. 7. Ios. 3.

27 Sacerdotes, reges Tabernaculū, & vasa rei diuinæ destinata inungantur Oleo sancto, Exod. 30. 35. 37. 39.

38 Sacerdotes summi ministrent in Sanctuario vice sua, Deut.

39 Diebus autem solennibus omnes pariter, Deut.

40 Sacrificiū iuge bis quotidie, manè scilicet & vesperi offeratur, Nu. 28

Inter sint ipsorum funebus. 41 Sacerdotes minores + contaminentur mortuorum suorum funere sicut & populus, Leuit. 21.

42 Sacerdos ducat virginem in uxorem, Leuit. 21.

43 Sacerdos summus quotidie decimā partē Ephī offerat. Leu. 6. Deu. 6

44 Holocaustum quotidianis addatur, diebus Sabbati, Num. 28.

Holo-

45 Holocaustū quoq; superaddatur
Calendis mensium siue Neomeniis, *De festis:*
Num. 28.

46 Manipulus frugum offeratur † al ^{16. die Ni-}
tera die Paschæ, Leui. 23. ^{san.}

47 Superaddatur quotidianis Ho-
locaustum die Pentecostes, Num. 28.

48 Duo panes offerātur eodem die,
Leuit. 23.

49 Holocaustum vltra quotidiana
offeratur primo die mensis Septem-
bris, Num. 29.

50 Idem fiat die expiationum, id est,
10. die Septembris, Num. 29. Leu. 23.

51 Die expiationum summus Sacer-
dos totam rem diuinam faciat, prout
scriptum est, Leuit. 16.

52 In festo Tabernaculorum holo-
caustum iugi sacrificio accedat, Nu.
29. Leui. 7. & 23.

53. Idem seruetur octauo die eiusdē
festi,

PRAECEPTA

festi, Ibidem.

54 Obseruentur dies festi, Exod. 23.

55 Ter quotannis oēs ad Sanctuarium sese sistant Domino, Exod. 23.

*De victimis
& oblationibus.*

56 Illos dies festos in lætitia & gaudio transigant, Deut. 16.

57 Iuguletur agnus die Paschatis, Exod. 12. Deut. 16.

58 Illius agni carnes edantur decima quinta nocte Mensis Nisan, Ibid.

59 Contaminati, itemq; viatores celebrent Pascha, 14. die mensis secūdi à Nisan siue Martio. Num. 9.

60 Comedantque carnes agni Paschalis illa ipsa nocte Ibid.

61 Clangatur Tubis siue buccinis super holocausta, diebus festis & festiennioribus, Num. 10.

62 Victima quæ offertur, sit mēbris integra, Ibid.

64 In quolibet sacrificio adhibea-
tur

tur sal. Leuir. 2. Num. 18.

65 In holocausto ritus præscriptus seruetur, Leui. 1.

66 Itē in hostia pro peccato, Leu. 6.

67 Item in hostia pro delicto, Leu. 7

68 Item in sacrificiis pacificis, Leu. 3.

& 7.

69 Item, in hostia laudis, siue gratiarum actionis, Ibid.

70 Item in hostia pro errato Patrifamiliaë, Leuit. 4.

71 Item in oblatione pro errato cuiuslibet hominis, Ibid.

72 Item in oblatione, quam quis offert cū dubitat, num admiserit peccatum, cuius causa debeatur hostia pro peccato, Leuit. 5.

73 Item in oblatione eius, qui per errorem aliquid sustulit, vel negauit depositum interposito iureiurando, Leuit. 5.

Qui

PRAECEPTA

74 Qui tenuior est, quàm vt arietem possit offerre, offerat duas Turtures vel columbas, Leuit. 5.

75 Quilibet coram Domino confiteatur peccatũ, quod perpetraverit, Num. 5. Leuit.

De sacrificiis pollutorum.

76 Qui fluxum patitur litet, postquã mundatus fuerit, Leui. 15.

88 Mulier patiẽs fluxum idem præstet, Ibid.

78 Mulier, quæ péperit, vbi purificata fuerit, offerat sacrificiũ, Leu. 12.

79 Leprosus post curationẽ emundationemq; offerat victimã, Leu. 14.

De rebus sacratis. 80 Ex ouibus & vaccis carpantur decimæ, Leuit. 27.

81 Sacretur omne bestiarũ primogenitũ, Deut. 15. Exod. 22. 13. Nu. 17.

82 Primogenitum hominis redimatur, Exod. 13. 24.

83 Redimatur quoq; Asellus. Ex. 13

De colle-

84 Decolletur Afellus, si eum dominus noluerit redimere, Ibid.

85 Vniuersæ oblationes, quas quis tenetur offerre partim iure, partim voluntate, primo festo, quod euenerit, offerantur, Deut. 12.

86 Omnis generis oblationes offerantur in æde Sanctuarij, Ibid.

87 Omnis generis oblationum, ab ijs, qui extra terram sanctam degunt, precium deferatur ad ædem Sanctuarij, Deut. 12. 14.

88 Cōsecrata, quæ vitio affecta sunt, redimantur, ac eis vesci liceat, Deu. 12.

89 Sacretur Deo & id quod mutatum est, & illud, pro quo mutatum est, Leuit. 27.

90 Reliquias oblationum edant Aaronij, Num. 18.

91 Ijdem vescantur carnibus hostiarum pro peccato, & pro delicto, Num. 18.

f Reliquiæ

P R A E C E P T A

92 Reliquiæ sacrificij pacifici cremantur, Leuit. 7.

93 Carnes consecratæ, si postea contaminentur, igni tradantur, Ibid.

Nazareanus. 94 Nazareus toto consecrationis, professionisq; suæ tempore, nec tondeatur, nec radatur, Num. 6.

95 Tondeatur autem exacto consecrationis tempore, vel si contaminatio ei acciderit, Ibid.

Vota. 96 Vota persoluantur, Deut. 23.

97 In fragēdis vel laxandis votis habeatur ratio legū, Ibi. Nu. 30. Leu. 27

De immundis. 98 Quicumq; morticiniū vel cadauer tetigerit, immundus esto, Leu. 11.

99 Cibi his vel illis notis affecti immundos faciant, Ibid.

100 Oſto serpentium, reptantiumve genera polluant, Leuit. 11.

101 Quæ menses patitur sit immūda, itēq; alios immūdos cōstituatur, Leu. 15

Quæ

102 Quæ peperit esto immunda,
Leuit.12.

103 Leprosus contaminatus esto &
alios contamine, Leuit. 13.

104 Vir fluxum patiens eodem ha-
beat loco. Leuit. 15.

105 Similiter & mulier, quæ fluxum
patitur, Ibid.

106 Spermatis missio inficiat, Leu. 15

107 Ædes plaga affectæ contami-
nent, Leuit. 14.

108 Mortuus immundos efficiat,
Leuit. 15.

109 Aquæ vitulæ ruffæ contamina-
tum ex mortuo purificent, aliâs pol-
luant, Num. 19.

*De purifica-
tionibus,*

110 Omne cõtaminationum genus
purificetur aquæ baptismatibus, Leu.
13. & 15.

111 Lepra cùm hominis, tum ædiũ
mundetur ligno cedrino, hysopo &

f 2 cocco,

P R A E C E P T A .

cocco, siue vermiculo, Leuit. 14.

112 Lepra infectus planè tondeatur,
Leuit. 13.

113 Idè cunctis manifestus esto, Ibi.

114 Vitula ruffa ritu præscripto im-
moletur, Num. 19.

De æstima- 115 Qui votū fecerit, sponderitq;
tionibus re- Deo animam suam, sub æstimatione
rum. soluat preciū, Leuit. 27.

116 Qui vouerit contaminatam pe-
cudem, numeret precium, Ibi.

117 Qui sacrauerit domum, debeat
precium pro censura sacerdotis, Ibi.

118 Item qui sacrauerit agrum pos-
sessionis suæ, Ibi.

119 Qui comederit sanctificatū, te-
neatur preciū eius rependere, Leu. 22

120 Fructus quarti anni sanctus sa-
cérque esto, Leuit. 19.

Leges pro 121 Pars agri vel vineæ, messis vin-
pauperibus demixque tempore intacta relinqua-
tur

tur pauperibus, Leuit. 19.

122 Idem fiat in loco oleis confito,
Ibidem.

123 Oblivioni traditum pauperibus
deferatur, Deut. 24.

124 Quod remanserit in arboribus,
relinquatur pauperi & peregrino, I-
bidem, & Leuit. 19.

125 Idem sit de racemis tēpore vin-
demiæ prætermiſſis, Leuit. 19.

126 Primitiæ frugum deferantur in *primitiæ et*
Sanctuarij locum, Exod. 23. Deut. 18. *decimæ.*

127 Separetur pars, quæ dicitur Te-
ruma 4. *elevatio*, Sacerdoti, Leuit. 7.
& Num. 15.

128 Seponatur decima prouētuum
Leuitis, Num. 18. Leuit. 27.

129 Seponatur decima secunda co-
medenda Hierosolymis, Deut. 14. 26.

130 Leuitæ de decimis suis dent sa-
cerdotibus, Num. 18. & 24.

f 3

Sepa-

P R A E C E P T A

131 Separetur decima tertio quóq; anno & sexto pauperib⁹, &c. Deu. 14 & 26.

132 Cõfiteantur domino, qui offerunt decimas, Deut. 26.

133 Confessionẽ recitent, quæ scripta est de primitiis, Ibid.

134 Separetur pars cõsperſionis sacerdoti, Num. 15.

125 Sinatur terra quiescere annis septimis, Leuit. 25.

126 Sacer esto annus Iubilei, qui & quinquagesimus, remissa agrorũ cultura & satione, Leuit. 25.

127 Anno illo clangatur tubâ siue buccinâ, Ibid.

De possessionibus redimendis.

138 Tum ius esto redimendarũ possessionum, Ibid.

139 AEdiũ in vrbe mænibus cincta intra annum redimendarum ius esto, Leuit. 25.

Numeren-

140 Numerentur anni Iubileorum
per septenos annos, Ibid.

141 Remittantur debita anno quoq;
septimo, Deut. 15.

142 Exigendi tamen ea ab externo,
id est, Idololatra, ius esto, Ibid.

143 Munere è quolibet animante
dentur sacerdoti armus dexter, Man-
dibula & Stomachus, Deut. 18.

144 Tonsionis ei dentur primitiæ,
Ibidem.

145 Quæstiones iuris & facti indi-
centur partim deo, partim sacerdoti,
Leui 4.5. Deut. 17.

146 Prius iugulêtur pecudes & aues, ^{De cibis;}
quàm comedantur, Deut. 12.

147 Sanguis cerui & similium bel-
luarum, itemq; volatilium in terram
fundatur, terraq; obruatur, Deut. 12.
Leuit. 17.

148 Captis pullis è nido mater e-
mittatur,
f 4

PRAECEPTA

mittatur, Deut. 22.

149 Animalia terrestria in esum liceant, si notas in lege assignatas habent, Deut. 14. Leuit. 11.

150 Item volatilia, Ibid.

151 Item aquatilia, Ibid.

152 Item locustæ, cæteraq; ancipitia, Leuit. 11.

De festis iterum. 153 Sanctificentur Neomeniæ, Num. 10. 28.

Ita appellat cœcilium sacerdotis priorum, cuius mentio fit Deut. 17. 154 Anni tantum numerentur in cœfessu + fenatus maioris, siue factioris.

155 Cum quiete & otio celebretur Sabbatum, Exod. 23.

156 Sanctum sacrumque esto Sabbatum, Exod. 20.

hoc scitum desumptum esse, è 12. ca. Exod. et 16 Deut. 157 Abijciatur fermentatus panis die primo azymorum, Exod. 12. Deut. 16.

158 Prima nocte Paschæ prædicetur Exitus de Ægypto & liberatio de iugo Ægyptiorum, Exod. 13.

Panis

159 Panis azymus edatur nocte illa, Exod.12. Deut.16.

160 Primus dies Paschæ in quiete traducatur, Num.28.Exod.12.

161 Similiter dies eiusdem festi Septimus, Num.28.

162 Numerentur quinquaginta dies à die manipulorū oblatorum, Leu.23.

163 Quies sit die quinquagesimo, Ibidem.

164 Item die primo mensis septimi, Ibid.

165 Decimo autem eiusdem mēsis ieiunetur, Ibid.

166 Dies ille ieiunij quieti depute-
tur, Ibid.

167 Quiescatur die primo tabernaculorum, Leui.23.

168 Item die octauo, Ibid.

169 Habitetur sub tabernaculis septem totis diebus, Ibid.

Illo

PRAECEPTA

170 Illo die gestetur, manibus pal-
mæ, trésq; aliæ fructuū species, Ibid.

171 Primo die anni, id est, primo die
Septēbris clangant buccinæ, festūq;
Tubarum celebretur, Leu. 23.

172 Detur dimidium sicli quolibet
anno pro ærario templi. Exod. 30.

173 Lex seruetur citra additionem
vel detractionem, Deut. 12.

Corrūpit o- 174 † Audiatur quilibet propheta tē
raculū Den-
teonomij,
quod intelli pore suo, Deut. 18.

gitur pro- 175 Rex de gente propria creetur,
priē de Chri Deut. 17.

sto. 176 Obediatur curiæ senatus maio-
ris, Deut. 17.

De iudici-
bus. 177 Absolutio maioris partis præ-
ponatur, vbi in iudiciis Sentētiæ Se-
niorum sunt contrariæ, Exod. 23.

178 Vbique cōstituantur Iudices &
præfecti, Deut. 16.

169 AEqualitas inter aduersas par-
tes

tes in iudicio citra delectū persona-
rum feruetur, Leui. 19.

180 Testis, quæ nouit, testificetur, *Testes.*
Exod. 23.

181 Diligentissime explorentur te-
stes, Deut. 13. 19.

182 Testes iisdem sint obnoxij, quæ
aliis suo testimonio intentauerint,
Deut. 19.

183 Vitulæ cæde expietur hominis
nex, Deut. 21.

184 Eligantur sex ciuitates refugij;
Deut. 19.

185 Dentur leuitis vrbes, in quibus
seorsum habitent, Num. 35.

186 Item suburbana certo spatio per
circuitum, Ibid.

187 Idolorum & cultus & cultores
dsperdantur, Deut. 12.

188 Impiæ & desertricis ciuitatis co-
loni interficiantur, Deut. 13.

Deleantur

PRÆCEPTA

Leges belli- 189 Deleantur 7. gentes de terra Is-
ce raël, Deut. 20.

190 Deleatur gēs Amalech, Deu. 25.

191 In sempiternā reducantur me-
moriam ea, quæ in Israëlem commi-
sit Amalech, Ibid.

162 In cæteris præliis seruetur disci-
plina, quam lex dicit, pace primùm
proposita, Deut. 20. 23.

193 Sacerdos ingruente cōfliktu, co-
hortaturus stet ante aciem, Deut. 20.

194 Extra castra paretur locus ad re-
quisita naturæ, Deut. 25.

195 Paratus esto paxillus in castrorū
limine, Ibid.

Leges de 196 Restituatur ablatum, Num. 5.

politica so- 197 Ad Eleemosynam erogandam
cietate. promptissimi sient, Deu. 15. Exod. 2. 1

198 Extraneo, qui fuerit peregrino-
rum deorū cultor, dare liceat fœno-
re, Deut. 15. Exod. 21.

Pignus

- 199 Pignus Domino eodem die restituitur, Exod. 21.
- 200 Mercenario eodem die merces rependatur, Deut. 24.
- 201 Operarius comedere de iis possit, ad quæ operâ suâ locauerit, Deut. 23.
- 202 Quisq; succurrat homini vel iumento onere depresso, Exo. 23. Deut. 22.
- 203 Restituitur domino res amissa, Ibidem.
- 204 Redarguatur proximus viis prauis insistens, Leuit. 19.
- 205 Diligatur proximus instar sui, Ibi.
- 206 Ametur peregrin⁹, Ibi. & Deut. 10.
- 207 Pondera iusta habeantur, Leuit. 19 Deut. 25.
- 208 Sapientes honore afficiantur, Leuit. 19. Deut. 13.
- 209 Honor exhibeatur parentibus, Exod. 20.
- 210 Vnusquisq; Patrem & Matrem timeat,

PRAECEPTA

meat, Leuit. 19.

- Lēgēs de cō iungis.* 211 Crescant † & multiplicentur, Gen. 1. & 9.
- Benedictionem confidunt cum praecepto.* 212 Sponsus immunis bello cum sponsa lætetur annū vnum, Deut. 24.
- 213 Circuncidatur puer octauo die, Gen. 17. Leuit. 12.
- 214 Frater vxorem ducat fratris, ad fuscitandum ipsi semen, Deut. 25.
- 215 Aut, vxor fratris ei ignominiaē causa calceos publicè extrahat, Ibid.
- 216 Qui vim puellæ intulerit, ipsam ducat in vxorem, Deut. 22.
- 217 Qui traduxerit vxorem suam, ne possit eam repudiare, Deut. 22.
- 218 Qui mulierem fefellerit, sit obnoxius legibus scriptis, Exod. 22.
- 219 Captiua formosa iuxta conceptas in Scriptura leges tractetur, Deu. 21.
- 220 Qui suspectā de pudicitia vxorem

rem

rem habet, seruet ritum proditum,
Num. 5.

221 Chartâ siue tabulis repudium
detur, Deut. 2. 24.

222 Sacerdos formulam repudij sibi
præscriptam seruet, Num.

*Leges de
panis.*

223 Sontes pro commerito cædan-
tur virgis, Deut. 25.

224 Qui imprudētē aliquem inter-
fecerit, exulet vsq; ad mortem sum-
mi pontificis, Num. 35, Ios. 20.

225 Senatus maior interficiendi gla-
dio, ius habeat, Exod. 21.

*4 Mortis
genera.*

226 Adulterio & adultera † interfi-
ciantur, Leuit. 20.

*stragulen-
tur.*

227 Crementur igni fontiū aliqui,
Leuit. 20.

228 Lapidibus obruantur alij,
Deut. 22.

229 Et hi in patibulum 'agantur,
Deut. 21.

Ex

P R A E C E P T A

230 Excarnificatus iudicum decreto ipso die sepeliatur, Deut. 21.

Leges de 231 Erga seruum Hebræum seruentur quæ scripta sunt, Exod. 21. Deu. 15.
Seruis.

232 Itidem erga seruam Hebræam, quam herus sibi copulauerit, Ibid.

233 Dimittaturq; libera, ni in coniugium ducitur, Exod. 21.

234 Seruus chananæus, peregrinæq; religionis perpetuam seruitutem seruiat, Exod. 21. Leuit. 25.

De Damnis 235 Qui damnum attulerit mulctâ puniatur, Exod. 21.

236 Idem esto de iudicio damni à bestiis profecti, Exod. 21.

237 De iudicio damni è puteo malè septo, Exod. 21.

238 De mulctâ vel morte furis, Exod. 22.

239 De damno pascentis, eiusque iudicio, Ibid.

De iu-

- 243 De iudicio damni ab igne manantis, Exod. 22. *De iudiciis*
- 241 De iudicio depositi, Exod. 22.
- 242 De iudicio locati & locantis, Exod.
- 243 De iudicio comodati, Exo. 22.
- 244 De iudicio rei emptæ & venditæ, Leuit. 25.
- 245 De iudicio rei raptæ, Leuit. 19.
- 246 De iudiciis hæreditatû, Nu. 27. & 30.
- 247 Euadat ad ciuitates refugij, qui casu aliquem occiderit, Deut. 19.
- 248 Ei omnes opem ferant, aduersus illum, qui ipsum ad necem conquirat & persequitur, Ibid.

Affirmantium præceptorum finis.

Præcepta

g



P R A E C E P T A L E G I S
Mosaicae negantia.

Iam diximus præcepta huius generis, quæ & interdicta vocari possunt, esse trecenta sexaginta quinque; † pro numero dierum anni. Horum ergo hæc esto nomenclatura.

*Rabbinorum
alijs, ut ser-
uet ceptam
ex humanis*

membris comparationem, dicunt, pro numero meatuum nervorum & venarum, quibus primaria decem membra connectuntur, Cerebrum, Cor, Hepar, Pulmo, Stomachus, Fel, Splen, Ren, Genitale, Matrix, cum adiunctis partibus.

*De Deo
deique reli-
gione.*

- 1 Ne cogites alium deum esse præter me, Exod. 21. Deut. 4.
- 2 Ne habeas Deos alienos coram me, Exod. 20.
- 3 Ne conficias tibi sculptile, aut simulachrum, Ibid.
- 4 Neque cōuertare ad Idola, itemque deos

deos conflatiles, Leui. 19.

5 Ne conficiatis deos argenteos, neq; aureos, hoc est, vllam istiusmodi formam, elegantia & ornamenti gratiâ, Exod. 20.

6 Ne adores Idola, neque colas, Exod. 20.

7 Ne des de tuo femine, id est, vllū liberorum tuorum Idolo Moloch, Leuit. 18.

8 Pytho, qui Ob dicitur, & diuinus, *De diuina- culis.* qui ירעוני, ne consulantur, Deut. 13.

9 Nemo pythonicam exerceat, Leuit. 19.

10 Neque aliam artem diuinatoriã, quæ pertinet ad Ideonim, Ibid.

11 † Ne respicias Idola, Deut. 4. *Hoc paulo subtilius col*

12 Ne erigas tibi statuam, Deut. 16. *ligunt è 4.*

13 Neque sculptum lapidem, Ibid. *Deuteromij*

14 Ne plantes lucum, aliquãmve arborem prope altare, Ibid.

PRAECEPTA.

15 Per Idola iuramentum neq; præ-
sta, neque recipe, Exod. 23.

16 Ne prodeat ex ore tuo nomē Ido-
lorum, Ibid.

De Pseudo- 17 Nemo aliquem sollicitet ad co-
propheta. lenda Idola, Deut 13.

18 Talis suasor ne ametur, Ibid.

19 Imò vero ei ne parcatur, Ibid. &
Deut. 18.

20 Ne remittantur erga eum inimi-
citiæ, Ibid.

21 Qui ab eo fuerit deceptus, ne pro
ipso vllam rationē afferat, cuius cau-
sa possit euadere, Ibid.

22 Sed nec occultet eum, in crimi-
nis ipsius obtentum aliquid reticens,
Ibidem.

De Idolis et 23 Nemo abscōdat Idololum, aliquid-
eorum cul- ve, quod ad ipsum pertineat, Deut. 17.
toribus.

24 Ciuitas diris deuota ne iterum æ-
dificetur, Deut. 13.

Nemo

25 Nemo aliquid è bonis illius interuertat, Ibid.

26 Nullus ex Idolis vtilitatis aliquid capiat, Deut. 17.

27 Sed nec ex Idolorum cultoribus, Ibid.

28 Item nec è rebus quibuscumque ad Idola pertinentibus, Ibid.

29 Ne peieretur, vel nomine Idolorum vsurpato, Deut.

30 Ne sit falsus propheta in populo, Deut. 13. Leuit. 19.

*De Pseudo-
propheta
iterum,*

31 Ne auscultetur, qui vaticinatur Idoli nomine, Deut. 13.

32 Ne abstineas cæde Pseudoprophetæ, Deut. 13. & 18.

33 Ne ambuletis in viis & ritibus Idololatrarum, Leuit. 18.

34 Ne exerceatur diuinationo lignorum frustulis, quæ appellatur *oob* Deut. 18.

*De diuina-
culis iecrũ.*

PRAECEPTA

- 35 Ne auguremini, Leuit. 19.
 26 Ne diuinetis, Deut. 18.
 37 Ne declinetis ad Magos, Leu. 19.
 38 Ne consulatis ariolos, Deut. 18.
 39 Ne denique sciscitemini vllum
 diuinaculorum genus, Deu. 18. Leu. 19
 40 Nemo consulat, vel euocet mor-
 tuos, Deut. 18.

De cultu et habitu corporis. 41 Ne induat mulier viri habitum,
 Deut. 22.

42 Nec è cōuerso vir foeminæ, Ibid.

43 Characteres, notæ & stigmata ne
 inscalpantur in cute, vt moris est Ido-
 lorum cultoribus, Leuit. 19.

44 Nemo induat vestem lino lanáq;
 contextam, Deut. 22.

45 Ne tondeas comam in orbem
 Leuit. 19.

*Superiorem & inferio-
 rem maxil-
 larū extre-
 mitatem.* 46 Ne radas † angulos barbæ, Ibid.

47 Ne incidas, neq; facias caluitium
 super mortuo, Deut. 14.

Ne in

48 Ne in perpetuum habitato in terra Aegypti, Deut. 17.

49 Ne sequaris cogitationes tuas et animi tui sensa, Num. 15. Deut. 12.

50 Ne in eas foedus cū septem Chanaanearum gentibus, Deut. 7. 17 20. *Leges belliarum.*

51 Ne Idololatrarum misereare, Deu. 17 & 20.

52 Ne eos sinas tecum in terra tua commorari. Exod. 23. Deut. 7.

53 Ne ducas ipsorum filias in uxores, Exod. 34. Deut. 7.

54 Ammonitarum & Moabitum ne ingrediantur in ecclesiam Domini, Deu. 23.

55 Ne abomineris Idumeum, Deu. 23.

56 Ne abomineris Aegyptium, Deu. 23.

57 Ne exoptes pacem Ammonitis & Moabitum, Deut. 23.

58 Ne succidas eorum arbores, cum ciuitates eorum oppugnabis, Deu. 20.

59 Ne timeas inimicos, tuos in praelio,

P R A E C E P T A

lio, deut. 7. & 20.

60 Ne obliuiscâre eorum, quæ dominus fecit Amalechitis, deut. 23. 25.

De iuramēto & execratione.

61 Ne blasphemetur nomē dei, Qui secus fecerit, interficiatur, leuit. 24.

62 Ne peieres dei vsurpato nomine, leui. 19.

63 Ne iures in vanum, exod. 20.

64 Verbū domini ne rentes, deut. 6. & vlt.

65 Ne faciatis domino deo vestro, sicuti Idolis, deut. 12.

66 Neque destruatīs ædem Sanctuarij, aut libros legis, perinde atq; templa Idolorum & libros, Ibid.

67 Ne pernoctet suspensus in patibulo, deut. 21.

Leges de ministerio Ecclesie.

68 Ne summoueantur custodiæ de Sanctuario, leuit.

69 Ne ingrediatur sacerdos omni hora in Sanctuarium, leuit. 16.

Macula

- 70 Macula affectus ne intret Săctuarium, intra velum, vel ad altare, Leu 21.
- 71 Multò minus ministret, Ibid.
- 72 Leuitæ ne sumant sibi ministerium sacerdotum, nec contrà sacerdotes Leuitarum, Leuit. num. 18.
- 73 Ebrius ne ingrediatur Sanctuarium, Leuit. 10.
- 74 Alienigena, quicq; non fuerit de stirpe Sacerdotum, ne ministret in Sanctuario, num. 18.
- 75 Sacerdos contaminatus ne rem diuinam faciat, Leuit. 21.
- 76 Sacerdos, quo die à sua immunditia lotus fuerit, ne ministret, Leu. 22.
- 77 Idem contaminatus ne ingrediatur atrium. Leuit. 21.
- 78 Sed nec in cœtum Leuitarum prodeat, Ibid.
- 79 Ne ædificetur altare è lapidibus cæsis, Exod. 20.

Ne ascen-

PRAECEPTA

80 Ne ascendatur ad altare gradibus, Ibid.

81 Ne deficiat ignis in altari, Leui. 6.

82 Ne incendatur holocaustum, vlla ve alia victima, sed nec Thymiama alterius cōpositionis, quàm præscriptæ, in altari aureo, Exod. 30.

83 Ne imitemini confectiōē sancti olei, Ibid.

84 Vectes ne extrahātur de arcæ circulis, Exod. 25.

85 Ne vngatur extraneus oleo sancto, Exod. 30.

86 Rationale siue Oraculū ne separetur de superhumerali siue Ephod, ministerij tempore, Exod. 28.

87 Foramen interulæ summi Sacerdotis, Item alij amictus Sacerdotales neque dissuantur, neque scindantur, Exod. 28. 29.

*Cauenda in
sacrificiis.*

88 Ne offeratur holocaustum quouis

uis loco, Deut. 12.

89 Ne immolentur consecrata extra locum dominico cultui destinatum, Leuit. 17.

90 Vitiata ad altare neque cōsecrentur, Leuit. 22.

91 Neque maētentur, Ibid.

92 Sanguis victimarum maculatarū ne fundatur in altari, Ibid.

93 Intestina earundem ne crementur, Ibid.

94 Animal affectum macula incurabili ne offeratur in sacrificiū, Leuit. 22

95 Idem ne per manū quidem gentilis offeratur, Ibid.

96 Ne de industria maculētur consecrata, Leuit. 22.

97 Fermentum & mel ne adoleantur, Leuit. 2. & 23.

98 Ne fiat oblatio absq; sale. Leu. 2

99 Ne offeratur merces prostibuli,
nec

PRÆCEPTA

nec precium canis, siue animal commutatum pro cane, Deut. 23.

100 Ne immoletur bestia, eodem die, Leuit. 22.

101 Quo catulus eius, Ibid.

102 Ne ponatur oleum oliuarum in oblatione pro peccato, Leuit. 5.

103 Sed nec in oblatione Zelotypiæ, Num 5.

104 Oleum oliuarum ne mittatur super vllam auem, Num.

105 Ne ponatur thus super hostia pro peccato, Leuit. 5.

106 Ne cõmutentur cõsecrata præstantiora cum deterioribus, nec è diuerso. Leuit. 27.

107 Ne commutentur cõsecrata diuersarũ oblationum inter se, Leu. 27.

108 Ne redimatur primogenitũ bestię mundæ, Num. 18.

109 Ne vendatur decima bestiarum,

rum, Ibid.

110 Ne vaneat ager excommuni-
catus, Leuit.

111 Idem ne redimatur, Ibid.

112 Avis in sacrificio ne sic discer-
patur, quin caput corpori hæreat,
Leuit. 1.

113 Nemo vtatur in suos vsus sancti-
ficatis, Exod. 30. Deut. 15.

114 Ne ares cum primogenito bo-
uis tui, &c. Deut. 15.

115 Ne edantur carnes sanctificatæ, ^{De esu sa-}
quæ relictæ fuerint vsque ad mane, ^{crorum.}
Exod. 29.

116 Ne comedas primogenita ouiũ
tuarum, Num. 18.

117 Ne immoletur agnus Paschalis,
antequam fermentatum abiiciatur,
Exo. 34.

118 Nihil è membris ipsius agni re-
linquatur, Ibid.

Sed

P R A E C E P T A

- 119 Sed nec aliquid è carnibus, Ibid.
Deut. 16.
- 120 Nihil remaneat ex adipe ipsius
iu diem tertium, EXOD. 23.
- 121 Nihil sit reliquum è carne agni
secundi Paschalis, ipso mane, NUM. 9.
- 122 Nihil quoque de carne pacifi-
corum ad ipsum vsque manè superfit,
Deut. 16.
- 123 Ne frangatur os primi agni Pas-
chæ, EXOD. 12.
- 124 Sed nec secundi, NUM. 9.
- 125 Caro agni Paschalis ne impor-
tetur in aliam domum, vel contuber-
nium, EXOD. 12.
- 126 Ne remaneat aliquid de fermẽ-
to, Ibid. & LEUIT.
- 127 Pascha ne comedatur vel cru-
dum, vel elixatum, EXOD. 12.
- 128 Alienigena eo ne vescatur, Ibid.
- 129 Sed nec Hebræus Apostata, ido-
lorũq;

Iorumq; cultor, Ibid.

130 Contaminati ne vescantur cōsecratis, Leuit. 22.

131 Ne † comedātur cōsecrata, quæ præceptū ē aliquid contaminatū attigerint, Leu. 7 7. Leu. trahitur à simi-
li.

132 Sed nec eorum reliquiæ, Ibid.

133 Contaminata ne edantur, Leu. 7

134 Extern⁹ ne edat Teruma, Leu. 22

135 Sed nec inquilinus Sacerdotis,

136 Sed nec eius domesticus, Ibid.

137 Contaminatus ne eo quoq; esu vtatur, Ibid.

138 Filia Sacerdotis alicui elocata, res consecratis ne gustet, Leuit. 22.

139 Sacrificium pro Sacerdote ne edatur, Leuit. 6.

140 Carnes hostiæ pro peccato ne edantur, Ibid.

141 Ne comedantur victimæ consecratae, quæ dedita opera commaculatæ fuerint, Leuit. 22.

nemo

PRAECEPTA

- Decima prima, quae destinabatur Leuitis, secunda, quae se ponebatur ad epulandum cum domesticis & pauperibus, Deut. 26.*
- 142 Nemo vescatur decima secunda panis extra murum Hierusalem. Deu. 12.
- 143 Item decima secunda vini, Ibid.
- 144 Item decima secunda olei, Ibid.
- 145 Item primogenito integro & perfecto, Ibid.
- 146 Sacerdotes ne edant hostiam pro peccato extra atrium Sanctuarij, Deu. 21
- 147 Sed nec hostiam pro delicto, Ibid.
- 148 Ne edantur carnes holocausti, Deut. 12.
- 149 Ne edantur carnes consecratae antequam effundatur sanguis, Deut, 21.
- 150 Alienigena ne degustet consecrata, Leuit. 22.
- 151 Ne comedat sacerdos primitias, priusquam importentur in atrium, Deut. 12. & 18.
- 152 Ne comedatur decima secunda cum immunditia, in Hierusalem, antequam redimatur, Deut. 26.

NE CO-

153 Ne comedatur decima secunda in luctu. i. die mortis parentum, Ibid.

154 Ne expēdatur pretium decimæ secundæ in vsus funeris, sed cibi & potus, Deut. 26.

155 Fructus nondum decimatus ne comedatur, Leuit. 22. 23.

156 Ne præponatur † Teruma primitiis, nec decima prima Terumæ, nec decima secunda primæ, sed ordine seponātur primùm primitiæ, deinde Teruma, tum decima prima, denique secunda, Exod. 22.

Primitiæ simpliciter erant frugum & animalium. Teruma autem aliarum rerum, ut panis, auri, q.

157 Ne differas vota reddere, Leu. 23 *ἀνάθημα.*

158 Ne ascendas ad festa solennia absque oblatione, Exod. 23. Deut. 16.

159 Nemo transgrediatur ea, ad quæ sese obstrinxit, Num. 30.

160 Ne ducat Sacerdos scortum in matrimonium, Leuit. 21.

cauēda sacerdotibus & Leuitis.

161 Nec repudiatam, Ibid.

h

NEC VI-

PRAECEPTA

162 Nec vitiatam, Ibid.

163 Sed nec viduam, modò fuerit sacerdos summus, Ibid.

164 Sacerdos ne intret Sanctuarium vestibus laceratis, Leuit. 21.

Noster interpretes. caput suum nõ disco operiat. 165 † Sed nec capillis malè cõpositis & grãdioribus, qui scilicet nõ fuerint singulis octonis diebus detonsi, Leuit. 21.

166 Summus pontifex ne exeat atriũ cultus diuini tempore, Leuit.

167 Ne cõtaminetur pontifex maximus alienorum mortuorum funere, Leuit. 21.

168 Sed nec propinquorum, Ibid.

169 Idem ne ingrediatur domũ, vbi iacet cadauer, Ibid.

170 Tribus leuina ne habeat fortificationem in terra, Leuit. 25.

171 Sed nec accipiat partem spoliolarum, cum in terram intrauerit, Ibid.

ne secen-

- 172 Ne fecentur crines in funeri-
bus, Deut. 14.
- 173 Nemo edat belluam immun- *De delectu*
dam, Leuit. 11. Deut. 14. *ciborum.*
- 174 Nec piscem immundum, Ibid.
- 175 Nec immundā volucrem, Ibid.
- 179 Nec reptile alatū gradiens qua-
tuor pedibus, vt apem, &c. Ibid.
- 177 Nec quadrupes, quod graditur
manibus, Ibid.
- 178 Nec reptile cuiuscunque gene-
ris, Ibid.
- 169 Nec vermes è fructibus enascē-
tes, in aëremq; subuolantes, Ibid.
- 180 Nec aquatilia carentia pinnis &
squammis, Ibid.
- 181 Ne comedant vllam morticinij
carnem, Deu. 14. EXO. 22.
- 182 Ne vescantur bestia in agro di-
scerpta, Exod. 22.
- 183 Nec membro animalis adhuc
b 2 viuentis

PRAECEPTA.

viuentis, Gen.9.

184 Nec neruo foemoris, Gen.32.

Excipiunt 185 Nec † sanguine, Leuit.7.

sanguinem 186 Nec aruina, siue adipe bouis, o-
piscium. uis, caprae, &c. spōte separabili, Leu.7

187 Ne comedat carnem cum lacte,
Exod.23.

188 Ne coquant carnem lacte ma-
tris, Exod.23.

189 Ne edant carnes animantis lapi-
dibus strati, Exod.21.

190 Ne gustent panē nouitium ante
Pascha, Leuit.23.

191 Nec grana igni torrefacta, & ma-
nuum perfrictione decorticata. Ibid.

192 Sed nec pulles è granis pilo, mo-
la, aliove modo comminutis, Ibid.

193 Ne comedant fructum arborū
nouellarum tribus primis, Leuit.19.

194 Ne manducetur sementis viti
permixta, Leuit.23

Sed

195 Sed nec vinum inde expressum,
Ibidem.

196 Sed nec sic edant & bibant qui
comestationi & crapulæ indulgent,
Deut.

197 Ne quicquam gustent die expia-
tionum, Leuit 23.

198 Ne gustent fermentum in pas-
chate, Exod. 13.

199 Imo vero neque rem fermenta-
to commixtam, Exod. 12.

200 Idq; ab ipso meridie, Deu. 16.

201 Sed nec appareat ab illo tempo-
re fermentatum, Ibid.

202 Ne in domibus quidem, Ibid.

203 In domibus ante absolutum pas-
cha fermentum ne inueniatur, Ibidē,
Exod. 12.

204 Nazareus neque vinum neq; a- ^{Nazareus}
liquid è vite bibat, Num. 6. ^{tus.}

205 Nec edat vuas, Ibid.

b 3

Etiamsi

PRAECEPTA

206 Etiamſi paſſæ ſiccæque fuerint,
Ibidem.

207 Ne edat earum corticem, Ibid.

208 Neque acinos, Ibid.

209 Ne contaminetur ſuper mor-
tuo, Ibid.

210 Neque ingrediatur domũ, vbi
iacuerit mortuus, Ibid.

211 Ne tondeat crines, Ibid.

De agris. 212 Ager totus ne metatur, Leui. 19

213 Ne recolligantur ſpiçæ rema-
nentes, Ibid.

214 Eadem ratio racemorum in viti
remanentium, Ibid.

215 Manipulus obliuione derelictus
ne recolligatur, Deut. 24.

216 Ne ſementur vnà in aruis ſe-
mina diuerſorũ generum, Deut. 22.

217 Diuerſa quoque in vineis ne ſe-
rantur, Ibid.

218 Ne committantur diuerſa gene-
ra

ra animalium, Leuit. 19.

219 Diuersæ animalium species ne
arent simul, Deut. 22.

220 Ne alligetur os bouis trituran-
tis, Deut. 25.

221 Ne colatur tellus anno septi-
mo, Leuit. 25.

222 Neque vinea, Ibid.

223 Ne metatur fructus aruorum &
vinearum eodem anno, Leuit. 25.

224 Ne carpantur fructus arborum
eiusdem anni septimi, Ibid.

225 Anno Iubilei neq; aretur, Leu. 25

226 Neque metatur, Ibid.

227 Neq; fructus colligantur, Ibid.

228 Ne vendantur possessiones vel
agri in terra Israël in perpetuum, sed ^{De possessionibus.}
Iubilei anno ad pristinum possesso-
rem reuertantur, Leuit. 25.

229 Ne commutentur cum aliis pos-
siones Leuitarum, Ibid.

h 4

ne dere-

P R A E C E P T A

- De officio
charitatis.* 230 Ne derelinquatur Leuitę, Deu. 12
221 Ne exigatur debita septimo an-
no, Deut. 15.
232 Ne desinas dare mutuũ pauperi,
quòd instet annus septimus, Deu. 15.
233 Ne obdurescito, quin benefa-
cias pauperi, Deut. 15. & 24.
- De seruis* 234 Hebræum seruum vel ancillam
ne dimittito vacuos, Deut. 15.
- De mutuis
& vsuris.* 315 Ne exigito mutuum à debitore
quem non esse soluendo intellēxe-
ris, Exod. 22.
236 Fœnore, néque des, Leuit. 25.
237 Neq; accipias, Deut. 15. Exo. 23.
238 Nemo sit medius inter dantem
fœnore & accipientem, Exo. 22.
289 Nullus fiat fideiussor vel testis
inter eos, Ibid.
240 Ne remaneat merces mercena-
rij apud aliquem in crastinũ, Deu. 24.
- De pignori-
bus.* 241 Ne accipiatur pignus à debito-
re

re per vim, Deut. 24.

242 Neque retineatur cùm ipsi fuerit necessarium, Ibid.

243 Pignus ne accipiatur à vidua, Ibidem.

244 Ne pignori accipiantur res ad victum necessariæ, Ibid.

245 Ne pignerêris molas, Ibid.

246 Ne fureris homines, Exod. 20. *De furtis.*
& Deut. 24.

247 Ne fureris pecuniam, Leuit. 19.

248 Ne aliquid rapias vel depredêris, Ibidem.

249 Ne transferas terminos, Deu. 19

250 Ne peierato pro pecunia apud te deposita, Leuit. 19. *De furtibus.*

251 Ne decipias proximum emêdo vel vendendo, Leuit. 25.

252 Neque fallas eum verbo, Ibid.

253 Peregrinum neq; verbo, Exo. 22

254 Neque mercâdo decipias, Ibid.

h s ne op-

PRÆCEPTA

255 Ne opprimas proximum, LEU. 19

256 Neq; ei pecuniam ipsius dene-
ges, *ibid.*

De seruis
iterum. 257 Ne restituatur domino seruus,
qui euaserit in terrâ tuam, DEU. 16. 23

258 Ne seducatur talis seruus, EXO.

259 Ne affligite orphanû & viduam,
EXOD. 22.

260 Ne talem seruitutem seruiat He
bræus, qualem Chananeus, LEUIT. 25.

261 Ne venumdēt seruum Hebræû
perinde atque alium, LEUIT. 25.

262 Ne cum sibi seruire cogât, *ibid.*

263 Ne dimittant seruum externum
pro eo qui se vendidit, EXOD.

264 Ne vendant alteri seruum He-
bræam, EXOD. 21.

265 Ne subducant ei necessaria, vt
pote victum, vestitû ac coïtum, *ibid.*

266 Captiuam elegantem ne venû
dent, DEUT. 21.

ne op.

267 Ne opprimatur quasi serua. ibi.

268 Nemo concupiscat rem proximi, Exod 20. *De re aliena.*

269 Ne gustent operæ de fructu, qui adhuc est in arbore vel in canna, Deut. 23. Leuit. 19.

270 Ne immittas falcem in messem alterius, Deut. 23.

271 Ne carpant operæ fructum aliū quàm quem tunc edent, ibid.

272 Rē amissam nemo celet, Leu. 22.

273 Nemo iumentum sub onere deferat, Deut. 22.

274 Mésuram & Stateram iniquam nemo habeat, Deut. 25.

275 Sed nec duas mensuras, quarum vna sit minor altera, ibid.

276 Iudicium iniustum ne feratur, *De Iudiciis.* Leuit. 19.

277 Iudex ne recipiat preciū vel munera, num 35 Deut. 16.

ne honore

PRAECEPTA

- 278 Ne honore afficiat potentiores, in iudicio, Deut. 1. 11. Leu. 19.
- 279 Iudex ne metuat prauum hominem, Deut. 19.
- 280 Ne misereatur pauperis in iudicio, Exod. 23. Leuit. 19.
- 281 Ne peruertat iudicium hominis improbi, Deut.
- 282 Ne misereatur eius, qui damna dedit multa, Deut.
- 283 Ne peruertat iudicium peregrini & pupilli, Deut. 24.
- 284 Ne audiat patronum vnum nisi praesente aduersario, Exod.
- 285 Ne sequatur maiorem partem in damnatione capitis, Exod. 23.
- 286 Nemo testificetur, vbi iam falsum testimonium dixerit, Exod.
- 287 Nemo designetur iudex, nisi teneat legis sententiam, Exod. 18.
- 288 Nemo falsum testimonium dicat

cat contra proximum, Exod. 20.

289 Impius ne dicat testimonium, *Infamis*:
Exod. 23.

290 † Sed nec coniunctus sanguinis necessitudine, Deut. 24. *Nostri locū Deut. paulò aliter interpretantur.*

291 Ne pronuntietur sententia è testimonio vnius, Deut. 13. & 19.

292 Innocēs ne interficiatur, Exo. 23.

293 Ne ius dicatur è coniecturis, Exod.

294 Iustum non interficies, Exo. 23.

295 In iudicio capitis idem ne sit iudex & testis, Ibid. num.

296 Ne interficiatur reus mortis, nisi damnatus à republica vel senatu, num 25.

297 Nemo misereatur insidiatoris, Deut. 19.

298 Ne calumniam struant oppresso, num. Leuit. 19.

299 Ne accipiant precium, à fonte neci

P R A E C E P T A

neci obnoxio. Num. 35.

300 Sed nec ab illo, qui debet exulare in ciuitate asylo destinata, Ibid.

301 Nemo stet contra sanguinem proximi, Leuit. 19.

302 Nemo ponat offendiculum ante ignorantem, Ibid.

303 Sed nec ante cæcum, Ibid.

304 Nullus pluribus plagis cædatur, quàm quæ lege præscribuntur, Deut. 25.

*De legibus
charitatis.* 305 Nemo sit susurro & cládestinus calumniator, Leuit. 19.

306 Quisquam fratrem neque odio habeat, Ibid.

307 Neque rubore suffundat, Ibid.

308 Neque de eo ultionem sumat, Ibidem.

309 Neq; inimicitias ei seruet, Ibid.

310 Nemo comprehendat matrem cum pullis, Deut. 22.

NE ton-

- 311 Ne tondeantur crines scabiosi,
Leuit. 13.
- 312 Ne abradatur signa lepræ, Ibid.
313. Neq; colatur, neque seratur lo-
cus, in quo cæsa fuerit vitula, Deut. 24.
- 314 Sponsus ne teneatur primo an-
no ad ea, ad quæ populus, Deut. 24.
- 315 Magus ne in vita conseruetur,
Exod. 22.
- 316 Nemo sese opponat decretis
sanctioris senatus, Deut. 17.
- 317 Præceptis legis neque addatur,
Deut. 4. 12.
- 318 Neque detrahatur, Ibid.
- 319 Iudici ne maledicatur, Exod. 22.
- 320 Sed nec cæteris, Ibid.
- 321 Ne maledicas surdo, Leuit. 19.
- 322 Ne maledicat filius patri, aut
matri, alioquin interficiatur, Exo. 21.
- 323 Nemo feriat patrem aut matrē,
alioqui, &c. Ibid.

Principi

PRAECEPTA

324 Principi populi tui ne maledixeris, Ibid.

De festorū celebratio - 325 Nullum opus geratur in sabba-
ne. to, Exod. 35.

326 Nullum seruile primo die Paschæ fiat, Leuit. 23.

327 Et septimo, Ibid.

328 Nullū prætereà seruile die Pētecostes, Exod.

329 Et die primo, itemque decimo quinto mensis septimi, Leuit. 23.

330 Et die Tabernaculorum primo, Ibid.

331 Itemq; octauo, Ibid.

332 Nihil planè fiat die expiationum, Leuit. 23.

De coitibus nefandis. 333 Ne reueles turpitudinem matris, Leuit. 18.

334 Neque nouercæ, Ibid.

335 Neque Sororis, Ibid.

336 Neq; amitæ, & auix, Ibid.

neq; neptisy

- 337 Neque neptis, siue illa nata sit è filio, Ibid.
- 338 Siue è filia tua, Ibid.
- 339 Neque priuignæ, Ibid.
- 340 Neque filiæ priuigni, Ibid.
- 341 Neque patruæ, Ibid.
- 342 Neque materteræ, Ibid.
- 343 Neque vxoris patru, Ibid.
- 344 Neque nurus, Ibid.
- 345 Neque fratriæ, Ibid.
- 346 Neque Sororiæ, Ibid.
- 347 Neque mulieris menses suos patientis, Leuit.
- 348 Neq; mulieris coniugata. Leu.
- 349 Nemo coëat cum iumento, Leuit. 18.
- 350 Neque cum masculo, Ibid.
- 351 Nemo reuelet turpitudinem patris, Ibid.
- 352 Neque patru, Ibid.
- 353 Sed nec committat eorum aliquid

PRAECEPTA

quid, quibus possit trahi in adulteriū,
incestum, & aliquid simile, tametsi
ea non exequatur, Leuit.

354 Nulla nubat spurio, Leuit.

355 Spurius ne ingrediatur ecclesiā
Domini, Deut. 23.

356 Ne sit meretrix è filiabus Israël,
Deut. 23.

357 Qui semel aliquam repudiaue-
rit, ne eam ducat in vxorem, etiā ma-
rito mortuo, Deut. 24.

358 Vxor fratris absq; prole defun-
cti, ne nubat alteri, quàm fratri super-
stiti, Deut. 25.

259 Raptor ne dormiat cum rapta,
Leuit.

360 Ne dimittat vxorem suam, qui
eam falso traduxerit, Leuit.

361 Ne euident masculum cuiuscun-
que speciēi, Leuit.

362 Eunuchus ne matrimonium in-
eat,

eat. Leuit.

363 Ne creetur Rex, vel Magistra- *De Rege.*
tus, qui sit alienigena, Deut. 17.

364 Ne multiplicet Rex equos, vel
vxorem, Ibid.

365 Ne coaceruet aurū aut argen-
tum, Ibid.

*Præceptorum Mosaicorum Finis, ex
interpretatione G. Genebrardi
Theologi Parisiensis.*

Deo laus, honor, & gloria.



